facto esse. vnde quãdo dicitur hoc calefit idem est. ac si diceretur hoc ſm calorem habet causam effectiuam: sicut ecõuerso quãdo dicit agens agere est denomiatio agentis ab actu effecto. vnde nihil aliud est calefaciẽs calefacere: q̃ calefaciẽs habere calorem effectum a se. ⁊ quãdo dicit q̃ passio est in passo. Dom q̃ verum est accipiendo passionẽ pro forma in fluxu: sed accipiendo passionẽ pro eo a quo fit denomiatio ſm fieri vel factũ eẽ. sic quãtum ad hoc passio non dicit formaliter aliquid existẽs in passo: sed dicit formã effectiuã vt denoiantes passum ſm formã effectiuã que est in eo. ¶ Unde hic notandũ q̃ forma in fluxu que est ipse motꝰ ſm se accepta nõ dicit aliud p̃dicamẽtum a forma abꝰ dicta: puta calor in fluxu ⁊ calor ſm se dictꝰ. Et ꝓpter hoc dicit q̃ motus pertinet ad illa p̃dicamẽta in quibꝰ sunt res acquisite per motũ. Prout vo denoiatur vt habẽs talem formam a causa efficiente talis denomiatio pertinet ad passionem: put est p̃dicamẽtũ: sed ecõuerso denoiatio agentis ab effectiua forma pertinet ad predicamẽtum actionis. ¶ Ad tertiũ dubiũ dom. q̃ qr manente codẽ toto locato: ⁊ eodem toto loco possũt partes diuerse locati diuersis partibus loci applicari: ideo est aliqua diuersitas inter cõparationẽ totius locati ad totum locũ ⁊ partium ad partes. ¶ Ad quartum dubium dom: q̃ quãdoqz habere importat relationẽ realem: sicut quãdo dicit q̃ pater habz filiũ: ⁊ ecõuerso. quãdoqz vero dicit habitudinẽ rõnis tm̃ subti ad predicatũ siue cuius cunqz denominati ad õnominãs: put dicimꝰ q̃ homo habet humanitatẽ ⁊ albũ albedinẽ. Quãdo ergo dicit q̃ locatũ eẽ est habere locũ ly hẽre ibi nõ importat relationẽ realem: sed importat habitudinẽ denoiati ad denominans ipz: qõ cõe est in omni õnominatiõe extrinseca vel intrinseca. ¶ Est aũt notãdũ q̃ licz inter talia sit relatio realis: tamẽ denominatio p̃dicta extrinseca nõ dicit talem relationem nec habere tale denomians extrinsecũ importat relationẽ. ¶ Ad ꝯm dicẽdũ q̃ alia est accidentalitas quãtitatis ⁊ qualitatis: ⁊ alia etiã relationis: ⁊ alia istoꝝ sex p̃dicamentoꝝ. nam accidẽtalitas quãtitatis ⁊ q̃litatis consistit in hoc qõd aduenit enti in actu per inherentiã. Actualitas aũt relonis consistit in hoc q̃ accidit forꝯ vel magis cõposito ex subto ⁊ forma hẽre terminũ ad quẽ fit: accñtalitas aũt aliorꝝ p̃dicamentoꝝ cõsistit in hoc: q̃ aliquid extrinsecus accidit alicui: sicut vestis vestito: vel locus locato. primo mõ impossibile est subam accidere alicui: qr ipossibile est subsistens adherere alicui. sed scõo ⁊ 3º modo nihil ꝓhibz subaz q̃tũ ad id qõd est accidere alicui: ita q̃ illa accidẽtalitas nõ ꝓuenit sibi ſm rõnez qua suba est: sed ſm q̃ põt importare cãlitatem vel cõformitatẽ ad aliqd: vel aliã habitudinẽ. ⁊ hoc quãtuz ad accñtalitatẽ relonis: vel ꝓut importat denominationẽ alicuius extrinseci. ⁊ B quãtũ ad accñtalitatem sex vltimorꝝ p̃dicamẽtorum. ⁊ isto solo modo accñtalitatis põt saluari q̃ actio sit accidens: supponẽdo q̃ forma acqsita in passo: put ꝺnoiat agentem sit actio. nã forma talis quãdoqz est subalis: ⁊ talis forma ꝓut est nata denoiare denoiatiõe extrinseca cãm suã dicit accidens accñtalitate tali extrinseca.

¶ Ad sextũ dom q̃ quãdo idem mouet seipm nõ videt mihi qõd ſm illud idem p̃ncipiũ reale ſm q̃ mouet possit moueri. vnde opz dare duo p̃ncipia diuersa re: quorum vnum sit actiuũ ⁊ aliud passiuũ. vnde quõcũqz concurrãt in idem subo p̃ accñs: tñ p se loquẽdo agẽs vt agẽs denoiat denoiatiõe extrinseca saltem a ꝑnº actiuo.

Ad rones vtriusqz ptis põt patere ex dictis: nã distinctio entis in subam q̃titatẽ ⁊c. est distinctio vel in diuersas res: vel in ea que aliquã diuersam realitatẽ iportãt: modo quo expositus est. Et ẽt q̃tum ad hoc nihil facit opatio intellectꝰ: q̃tuz aũt ad distinctionẽ entis in ista ꝓut p̃dicamẽta sunt: put. s. p̃dicamentum accipit pro secũda intentione: cum vt sic dicant entia rõnis ad diuisionez entis in ea: vt sic accipiũtur facit operatio itellectus possibilis eo modo quo facit ad entia rationis.

Questio. X.

A D tertiũ sic ꝓcedit. Et arguit q̃ repugnat fidei põere aliqõ complexũ eẽ creatũ. ⁊ cũ hoc eẽ nociũ: qr repugnat ponere aliqõ incõplexũ eẽ creatũ. ⁊ cum hoc nociũ. pbõ añtis. qr ponere aliqõ incõplexũ eẽ creatũ: ⁊ cũ hoc nocium est ponere aliqõ creatũ a deo de necessitate. quia omne creatũ est a deo meꝛ siue immediate. sed hoc repugnat fidei que ponit deum agere libero arbioꝰ q̃ aũt fit libero arbio. nõ est necesse esse. ergo ⁊c. ꝓbatio ꝫñtie. qr ponere cõplexũ esse creatũ ⁊ necessarium nõ repugnat fidei. nisi ꝓpter hoc: qõd creatuz ponitur nocium: sed in hoc ſm hypothesim conueniũt cõplexũ ⁊ incõplexuz. qr vtrũqz ponit creatum necessarium. ergo ⁊c.

In contrariũ est. qr incõplexũ eẽ creatum ⁊ necessariũ: nõ repugnat fidei. ergo nec cõplexum. ꝫñtia supponit. ꝓbõ añtis. qr creatura possibilis est nocia: sed creatura possibilis hz cãm. ergo ⁊c. ꝓbatio minoris. qr sicut deus creãs ad creaturam creatam: ita deus potẽs creare ad creaturã possibilem creari. Sz deꝰ actu creans est causa creature actu create. ergo ⁊c.

Circa istã questionẽ ꝓncipaliter sũt duo faciẽda. Primũ est videre de cã istorũ cõplexoꝝ: q̃ dicũtur esse nocia. s. vtrũ habeant cãm. 2º rñdebit ad qõnẽ.

Quantum ad ꝑmũ quatuor sunt faciẽda. nam ꝑmo ponã opionem vnã quã nõ credo verã. 2º arguã ꝫ eã. 3º ponã opionẽ quã credo eẽ verã. 4º ad rõnes alioꝝ rñdebo. ¶ Quãtũ ad ꝑmuz sciẽdũ q̃ gdã ponũt indistincte q̃ nullũ cõplexũ nociũ hz cãm effectiuã. Et hoc ꝓbant q̃tuor rõnib⁹: quaꝝ ꝑ talis est: nulla res hñs cãm agẽtẽ libero arbio. est nocia: sed talia cõplexa ponunt nocia. g̃ talia ꝛplexa non hñt cãm agentem libero arbio. sed omne qõd hz cãm effectiuam hz cãm agentẽ libeꝰ arbioꝰ. qr oĩa reducunt meꝛ vel imediate in deũ. g̃ talia nõ hñt cãm effectiuã. ¶ Si dicatur ad hoc q̃ talia habent necessitatem nõ absolutã: sed connexionis. Contra. quia cõnexio presupponit connexa. ergo necessitas cõnexiõis presupponit necessitatẽ cõnexorum: sed cõnexa ꝓut sint simplicia nõ possunt hẽre necessitatẽ. qr tũc aliqõ eẽ creaturarũ eẽt nociuz. ergo nec cõnexio poterit esse nocia. nec per ꝫñs poterit ibi eẽ nocitas cõnexionis. ¶ Scõa rõ talis est. omnia complexa nocia equaliter sunt nocia: ⁊ per ꝫsequens q̃ rõne vnum hz cãm ⁊ aliud: sed complexa aliq̃ nocaria sunt: que nõ bẽnt cãm: sicut complexa diuina: puta deũ eẽ vnũ: vel deum eẽ trinũ. ergo ⁊c. ergo nullũ cõplexũ nocium hz cãm. minor ꝑz. maior ꝓbat. qr illa cõplexa nocia: quorũ opposita sũt eq̃liter ipossibilia sũt eq̃liter nocia: sed opposita oĩum complexoꝝ nociorum sũt eq̃liter ipossibilia: qr oĩa sũt ipossibilia in q̃tũ includũt ꝫdictoria. oĩa aũt que includũt ꝫdictoria eq̃liter includũt ꝫdictoria. ergo ⁊c. ¶ Tertia talis est. quia illud qõd cq̃liter conuenit enti ⁊ nõ enti non habz cãm effectiuam Sz ratio talis nocitatis eq̃liter ꝓuenit enti: ⁊ non enti. ergo ⁊c. Maior ꝑz. qr nõ ens non hz cãm. Mi. ꝓbo. quia ratio talis necessitatis est idẽptitas predicati et

Prima opio

subti. Sed vnūquodq3 est sibi ipsi idē: siue sit siue non sit. ergo ꝛc. Et confirmaꝫ ratio. q2 contingens necessario est contingens. Et hoc ꝓpter idēptitatem p̄dicati ⁊ subti. sed contingēs nō habet cām effectiuaz q̄ sit contingēs. q2 contingēs est anteq̄ sit: ⁊ per ꝓns anteq̄ habeat cām. ergo ꝛc. ¶ Quarta rō talis est. q2 qđ ꝓuenit ipossibilib⁹ nō hz cām: q2 ipossibilia non bñt cām. Sz talis necessitas cōplexoꝝ cōuenit ipossibilibus. nā chymeram eē chymerā est nec̄ium. ergo ꝛc.

Impugnat Contra istam positionē arguo trib⁹ rōnib⁹: quarū p̄ma talis est. eē aīal q̄n dicim⁹ boiez eē aīal: aut dicit rem verā exīt̄ez in rer̄ nā extra aīaz: aut non. si sic: aut dicit eē creatū: aut dicit eē increatuz. q2 omne eē extra aīam est alterū istoꝝ. si dicit eē increatum. ergo est de⁹: ⁊ eē aīal est eē deū. qđ ē absurdū. Si dicit eē creatū. dicit eē cātuz: ⁊ sic habet̄ ꝓpositū. Si dicat̄ q̄ eē aīal nō dicat eē reale extra aīam. ergo eē aīal est eē figmentū: ⁊ tūc in nullo differt eē anial ⁊ eē chymeram: qđ est absurdū. ergo ꝛc. ¶ Ad hoc v̄ideꝫ posse rñderi triplr. vno mō dicēdo. q̄ qñ dicit̄ bō est aīal: q̄ eē ibi nō dicit eē reale: nec eē figmētum: sed dicit eē qđ dicit veritatē ꝓpōnū: siue ꝓuenientiā p̄dicati cū subto. qđ est cōe rebus ⁊ figmentis. naz sicut ista est vera. bō est aīal. ita ista. chymera est figmētū: ⁊ tale eē nō opz q̄ bēat cām effectiuam. ¶ Scōo dōo q̄ eē dicit ibi esse eēntie: nō eē exīt̄ie. ꝑmuz eē non hz cām. sed z^m. ¶ 3° dicēdo q̄ eē dicit ibi eē possibile creature vel eē nō repugnans. tale autē eē non opz q̄ bēat cām. ¶ ℙrima rñsio nō valet ꝓpter duo. ℙrimo. q2 qñ queriť vtrum talia cōplexa bēant cām. puta. bō ē aīal. vel vitates eorum: Intētio qōnis non est querere de istis quantū ad id qđ ꝓuenit eis ex parte intellect⁹: siue de eē rōnis: qđ ꝓuenit eis in habitudine ad intellectum. Sed est intētio qōnis q̄rere de fundamento veritatis ex pte rei. vt querať vtrū fundamētū veritatis taliū cōplexoꝝ: qđ bñt ex parte rei bēat cāz. Unde rñsio nō est ad ꝓpo^m. ¶ z°. q2. est. q̄ dicit veritatem ꝓpōnū: qñ ē tertio adiacens dicit eē qđ est in alio. s. in p̄dicato: ⁊ per ꝓns ad veritatez ꝓpōnis in qua est 3° adiacēs regriť eē qđ predicatum dicit. vnde ad veritatē talis ꝓpōnis regriť esse reale. si predicatū dicit eē reale. q2 tale eē ibi regriť q̄le p̄dicatum dicit. Sed qñ dicit̄ bō est aīal. eē anial. dicit ibi eē reale: vt ꝓbatū est. ergo veritas hui⁹ ꝓpōnis regrit eē reale: ⁊ per ꝓns hz cām modo quo eē aīal habet cām. s. ex parte fundamēti rei. ¶ z° reſpōſio nō valz: ꝓpter duo: q2 eē ⁊ eēntia vel sunt idē re: vel saltez sunt inseparabilia: si sunt idem re. ergo si vnū hz cām. ⁊ reliquum. ꝓbatio cōsequentie. quia ſm ꝑhm. 4. metaꝑh. ens ⁊ vnum sunt idem. ⁊ hoc ꝓbat. quia nō separant̄ in generatione ⁊ corruptiōe: ⁊ multo minus illa que sunt idem re separant̄ in habendo cāz vel nō habēdo: si nō sunt idem re: sed sunt inseparabilia quādocūq3 ē vnuz ⁊ alterum: sed si eēntia creature non hz cām eēntia est ab eterno. ergo ⁊ eē. sed hoc est falsum. ergo falsum est eēntiam creature nō habere cāz effectiuā. ¶ Scōo. q2 qđ nō habet cām est increatuz: sed ſm te eēn⁹ creature non hz cām. ergo est ens increatū: sed ens increatū est deus. ergo eēn⁹ creature est de⁹: qđ est absurduz. ¶ 3ª rñsio nō valet. ꝓpter duo. ꝑmo qñ dicit̄ q̄ bō est aīal. si homo ⁊ aīal supponūt ibi pro ente possibili: sequereť q̄ eēt bona ꝓña. homo in potētia. ergo homo. q2 ſm te homo vl̄r acceptus supponit ꝑ homine exīte in potentia. ⁊ ideo hō existēs in potētia pōt iferre boiez simplr: sed hoc est falsum. ergo ꝛc. Secūdo. quia homo ⁊ aīal aut supponunt quādoq3 saltez pro ente in actu: aut nō

E.c.3. si nō. Contra. q2 terminus hz supponere pro illo cui cōuenit perfectissime res signāta per terminū: sed res signate per istos termios. bō. aīal. perfectissime ꝓueniūt boi ⁊ aīali in actu. ḡ ꝛc. Et sic hētur q̄ bō ⁊ aīal: saltem qñq3 supponūt ꝑ boie ⁊ aīali in actu. ¶ Tūc ergo ād̄o de ista ꝓpōne. bō est aīal. quādo bō ⁊ aīal supponūt ꝑ boie ⁊ aīali in actu. aut est nec̄ia: aut non. si est nec̄ia. ḡ aliqđ cōplexum nec̄ium habet cām efficientem: q2 hominem in actu eē aīal actu. habz cām efficientē. Si dicatur q̄ non est nec̄ia. Contra. q2 ꝟz eos cā nec̄itatis in talibus complexis est idēptitas per eēntiam predicati cum subto. sed homo in actu: ⁊ aīal in actu sunt idē per eēntiaz: sicut etiā bō in potētia: ⁊ aīal in potētia sūt idē. ergo ꝛc. ¶ Item si ista. bō est aīal: quādo termini supponūt pro ente in actu non est nec̄ia: eius oppositum est contingēs. s. homo nō est aīal. sed ad hanc. homo nō est aīal. sequiť ista. bō non est bō. q2 ad non aīal. sequiť nō homo. ergo ista. bō non est homo. erit contingēs: qđ est ꝓtra veritatē. ⁊ contra eos. q2 ista. bō nō est bō. implicat contradictoziaſaltē in sensu composito: modo quo exponetur. ꝓpositio aūt implicans ꝓtradictoziam: ⁊ ſm veritatem ⁊ ſm eos est ipossibilis: ⁊ per ꝓns ei⁹ oppositum est nec̄ia. ⁊ sic ēt bō est bō. ⁊ bō est aīal: put ēt opponunť p̄dictis ipossibilibus sunt nec̄ie. ¶ Scda rō p̄ncipalis talis est. istud complexū. bō existit in actu. hz eos est nec̄iū: vt ꝓbabo: sz illud complexū. bō existit actu. hz cām. ergo complexū nec̄ium habz cām. Mi. ꝑz q2 homem existere in actu hz cām. Ma. probatur. s. q̄ ſm eos p̄dictū complexū sit nec̄ium: q2 ſm eos cōplexum in quo p̄dicatū ⁊ subm sunt idē re: ⁊ per eēntiā ē nec̄iū: ⁊ ſm eos talis nec̄itas est cā totalis necessitatis. Sz ſz eos bō ⁊ eē suum sunt oīo eadē res per eēntiam. q2 ſm eos eēn⁹ ⁊ eē in creaturis nō differūt. ḡ ꝛc. ¶ Ad ꝟ videť posse dari duplex rñsio. ꝑma sic. q2 qñ dicit̄ bō existit importať plus: q̄z termios sibiipsis nō repugnare. in complexis aūt necessarys non importať nisi q̄ termini non repugnant. z^a sic. quia licz esse nō differat ab eēntia: tamen dicit aliam formalitatē: ⁊ ꝓpter istā formalitatē est qđ nō opz verificare esse de quo verificatur essentia. ¶ ℙrima responsio nō valet. ꝓpter duo. ℙrimo. quia illa responsio si aliquid valeat eadem est tamen cum illa que ponit q̄ termini supponūt pro eē possibili: que reprobata est. Scōo. q2 si ad necessitatez ꝓpositionū sufficit non repugnantia terminoꝝ. ista ꝓpositio. homo est albus. eēt necessaria. q2 termini nō repugnant. ¶ Scda rñsio non valet propter duo silr. ℙrimo q2 positionē de formalitatib⁹ nego. z°. q2 etiā si illa positio esset vera nihil adhuc ad ꝓpositu. q2 quecunq3 sunt oīno inseparabilia: q̄tūcunq3 differant formaliter: cui ꝓuenit vnū ⁊ reliquū saltē in cōcreto. vnde cuicūq3 ꝓuenit eē q̄tū: ei ꝓuenit de necessitate eē figuratuz: q̄tūcūq3 q̄titas ⁊ figura differant formalr: sed esse ⁊ eēntia siue sint eadem formaliter siue differant: cum sint eadem res per eēntiā ſm eos: sūt oīno inseparabilia. ḡ ipossibile est vnū eoꝝ verificari de aliquo saltem in cōcreto: quin verificetur alterum. ita q̄ quicqd est ens ſm esse essentie de necessitate est existens: ⁊ eodem modo quo conuenit vnum ⁊ reliquum. ita. s. q̄ si vnuz ꝓuenit in actu ⁊ aliud in actu: ⁊ si vnū in potētia: ⁊ aliud in potentia. ¶ 3° rō p̄ncipalis talis est. qñ aliqđ ꝑsupponit alterꝫ vt passio vl̄ ꝑ modū passiōis se hñs: si illud qđ ꝑsupponit hz cām: sequiť q̄ ipꝫ ꝑsupponēs hz cām: sed idēptitas vniuscuiusq3 sic se habz ad ipm. ergo idēptitas eoꝝ que habent causaz habet cām: sed res importate per p̄dicatū ⁊ subz in creaturis bñt cāz.

ꝺam creatura hꝫ cām:puta hō et risibile ꝛ ꝯsiliꝫa.g̃ idē ptitas eorum hꝫ cām:sed veritas ꝛ necessitas istorū cō plexorum fundaꝫ super idēptitatez p̄dicati ꝛ subti ſm eos.ergo veritas ꝛ necessitas taliū cōplexoꝝ hñt cām.

Nunc tertio restat ponere positionē quā credo ve rā.Circa quā tria intēdo facere. ꝓmū est ostēdere ꝙ talia cōplexa ꝛ eorum veritas eodez modo habēt cām quo ꝛ termini ex quib⁹ sunt cōplexa.Scō ostendeꝫ qui termini:ꝛ que cōplexa habēt cām effectiuam.Tertio q̄lē necessitatē habeāt talia cōplexa.ꝓmū ꝓbo duplici rōne. ꝓma rō talis est.illud qō ꝯuenit alicui ſm illud qō est eodez modo hꝫ cām:sicut ꝛ illud cui ꝯuenit:sed veritas talium cōplexoꝝ ꝯuenit rebus de ꝙbus talia cōplexa formanꝫ ſm id qō sūt: quia veritas talium cōplexoꝝ consistit in hoc ꝙ vnū includit alterum.puta hō ſm ꝙ est includit aial:ꝛ sic de cōsimilibus.ergo veritas istorum cōplexoꝝ sic hꝫ cām:sicut ꝛ res signate per terminos ex quib⁹ cōponunꝫ ſm id qō sunt. ¶ Scōa rō talis est. qz veritas talium ꝯplexorum sic hꝫ cām:sicut ꝛ eorum idēptitas: sed idēptitas eorum sic hꝫ cām: sicut ꝛ termini ex quib⁹ ꝯponūꝫ: vt supra ꝓbatū est.ergo ꝛc. Et sic pz ꝑmū.s. ꝙ talia cōplexa ꝛ eorum veritas eodē modo habēt cām : sicut ꝛ termini ex quib⁹ cōponūtur. ¶ Quātū ad scōm sciendū ꝙ termini quādoqz signant ipossibilia sicut chymera: ꝛ cōsimilia:quedā signant ens diuinū: sicut deus trinitas omnipotēs:ꝛ cōsimilia: quedaz signant creaturas: sicut hō aial:ꝛ similia.Quātū ergo ad ꝑma.s. quātū ad ea que dicūt ipossibilia talia nō habēt cām:qz omne illud qō hꝫ cām est vel pōt esse:qz omnis causa dicit respectu alicui⁹ esse existētis vel possibilis:sed nullū ipossibile vt sic est vel pōt eē.ergo ꝛc. Quātuz ad scōa.s.ad diuina:q̄tum ad ea que pertinēt ad intra.s.eē deū: vel eē omnipotētē ꝛc.Certum est ꝙ nullā cām hñt. qz de⁹ est ꝑma causa. Q̄tuz ad tertia.s.q̄tum ad entia creata distinguo:qz talia possunt accipi ſm eē in actu:ꝛ ſm cē in potētia.Si loquamur de eis q̄tum ad eē in potētia. tunc dico duo.ꝑmū est: ꝙ q̄tum ad possibilitatē suam nō habēt cām:nec actu:nec potentia:scōz ē ꝙ illud cui attribuit talis possibilitas.s.ipsa creatura que dr eē possibilis hꝫ cām in potētia.ꝑmū ꝓbo vnica rōne sic.quia possibilitas creature accipit penes potentiā diuinam ꝛ non repugnantiam ad eē: sed neuter istorum habz cāz actu vel potentia.ergo ꝛc.Maioz pz:qz nihil est ratiōe cuius creatura dicatur possibilis anteq̄ sit nisi potētia creantis ꝛ nō repugnantia eius ad eē.Minoz etiā satiſ pz.qz potentia dei qua deus dicit potēs ꝛ creatura dicitur obiectiue possibilis nullā cāz hꝫ:sicut nec de⁹.Silr nō repugnātia creature ad eē que nihil aliud est q̄ negatio ipossibilitatis ad eē:nō habz cām. scōm ē pz.s. ꝙ creatura cui talis possibilitas attribuit hꝫ cām in potētia.s.cām potentem dare ei eē:qz omne nō ens actu potens esse hꝫ cām in potētia.s.cām potentē dare sibi eē: sed creatura cui attribuit talis possibilitas anteq̄ sit ē nō ens potens eē.ergo ꝛc. Loquēdo aūt de entib⁹ creatis quātū ad entia in actu:certū est ꝙ oīa talia hñt causam effectiuaz in actu.qz omne aliud a deo ens actu hꝫ cām actu:sed omnia entia creata in actu sunt hꝺ.g̃ ꝛc.

Necessitas duplex absoluta ꝛ connexionis.

¶ Quantū ad tertiū.s.qualē necessitatē hñt hꝺ cōplexa sciendū ꝙ duplex ponit necitas quedaz dicit ab⁹:ꝛ q̄dam dicit ꝯnexionis siue in cōparatiōe.absolutā vocō necitatez:qua aliqd in se ꝛ absolute ipossibile est alr se hēre:sicut deus habet necitatē absolutam:necitas aūt cōnexionis siue in cōparatiōe dicit nō qz ipsa cōnexio ſm ꝙ est ſm se ꝛ absolute accepta sit quoddaz necessarium.q.ipsa connexio sit subm necessitatis. Sed dicit necessitas cōnexionis qua impossibile est aliquid eē sine alio:sicut ipossibile est hoiem eē sine aniali: vel sine risibili:siue illud aliud sit idē cum eo per essentiā: sicut aial cum homie:siue differat ab eo:sicut volitio nō pōt esse sine cognitiōe que re differt ab ea:ita ꝙ ipsi termini sunt subm necessitatis. Sed ipsa ꝯnexio dicit modū eius:ita ꝙ hoiem eē aial est necessariuz. Idem est ac si dicaꝫ ꝙ hoi ineſt necessitas nō eēndi sine aiali.ista aūt duplex necessitas.s.ab⁹ ꝛ cōnexionis pōt accipi ꝛ affirmatiue ꝛ negatiue:tam in simplicib⁹ q̄z in cōplexis. In simplicib⁹:sicut de⁹ dicit quoddā nēcium positiue:chymera aūt dicit quoddā ipossibile eē:qō est quedā nēcitas negationis. In cōplexis aūt sicut deū eē trinum dicit necesse eē positiue: deum aūt nō esse trinū dicit qōdam ipossibile:siue neče nō eē.

His ꝓmissis dico ꝙ illa ꝯplexa que dicūt ea que pertinent ad diuina intrinseca:ꝛ ētilla que pertinent ad possibilitatē creature habēt vtrāqz necessitatem.s. absolutam ꝛ cōnexionis:qz ipossibile est talia alr se habere qualr cūqz:ipossibile est ēt in talibus subm eē sine p̄dicato:sed ꝑmū istoꝝ pertinet ad necessitatē absolutam.scōm aūt ad necessitatē cōnexiōis.g̃ ꝛc. ¶ Quātū aūt ad cōplexa ptinētia ad eē actuale creature. q̄tuz.s. ad illa cōplexa que dicunt eē per se: vt hō est aial. hō ē risibilis.ꝛ sic de alys talia habēt necessitatē cōnexiōis in sensu ꝯposito.modo quo exponeꝫ:sed nulla talia habent necessitatē absolutā.ꝑmū pz.qz necessitas ꝯnexionis dicit qua subz eē nō pōt sine p̄dicato.vnde accipiēdo hō ꝛ aial q̄tum ad eē actuale ipossibile est hoiez in actu eē sine aiali in actu. ergo ꝛc. ¶ Scōz.s.ꝙ talia nō habēt necessitatē absolutam ꝑbaꝫ: qz illa cōplexa dicuntur hēre nēcitatē absolutam: que nullo mō qualr cūqz aliter possunt se hēre.s.nec in sensu ꝯposito nec diuiso:sed p̄dicta cōplexa:licz in sensu cōposito in quo denotatur subm nō posse esse sine p̄dicato nō possint alr se habere.tñ ab⁹ ꝛ in sensu diuiso possūt alr se habere. qz termini ꝛ eorum cōnexio simplr ꝛ ab⁹ possūt nō eē: sicut statim apparebit.ergo talia nō hñt nēcitatē absolutam. ¶ Ad cuius maiorē euidentiā sciendū ꝙ sicut ista.albū est albū:ꝛ album disgregat visum : ꝛ currens currit:ꝛ currens mouetur: ꝛ negatiue opposita possunt distingui ſm sensum cōpositū ꝛ diuisum: ita etiā homo est aial.ꝛ hō est risibilis in actu eodem modo possūt distingui.Sciendū ergo ꝙ albuz de necessitate est albū: pōt habere duplicem sensum vnū cōpositum vt sit sensus.album de necessitate ꝛc.i.album nō potest manere album:quin sit album.ꝛ idem de disgregatiuo: album non potest manere album:quin sit disgregatiuuz. ꝛ sic est vera.albuz de necessitate est album. vel de necessitate est disgregatiuuz. ꝛ eius opposita est ipossibilis.qz album non est albuz. est impossibile in sensu cōposito: alium sensum potest habere.s.diuisum.s.quando dicit album de necessitate est album vt sit sensus ꝙ album absolute loquēdo ꝛ diuisim nō potest nō esse albuz:ita ꝙ supponēdo subm:nullo mō possit esse subm sine p̄dicato:ꝛ isto mō ꝓpositio est falsa:ꝛ eius opposita est contingens. Nam ista.album pōt nō eē album.vel eē nigrum.est vera in sensu diuiso.ꝛ per ꝯñs ei⁹ opposita accepta in eodem sensu nō est necessaria.vnde in talibus complexis vtraqz pars contradictionis in sensu diuiso est ꝯtingens.Sed in sensu ꝯposito affir⁹ est nēcia ꝛ negatiua est ipossibilis:vt deductū est.ꝛ idē est de ista.hō est aial.ꝛ de ꝙbuscūqz ꝓpōnibus per se ptinētib⁹ ad eē actuale creature.ꝛ ꝑma ratio hui⁹ contingētie in sensu

Nota q̄m qd hꝫ ꝓpō pertinens ad esse actuale creature pōt accipi in duplici sensu.

diuisio est cõtingẽs habitudo terminorũ in esse suo ad suam cãm. ad quã vlteri⁹ sequit cõtingẽs cõnexio terminoꝝ inter se in sensu diuiso. q aũt necessitas istorum cõplexoꝝ sit necessitas cõnexionis ꝓbo per dictũ aduersarioꝝ: qz ipsi dicunt q simplicia ex qb⁹ talia cõplexa cõnectunt nõ sunt necessaria: sed dicũt q ipsa cõplexa sunt nẽcia. Ex hꝫ arguo �fm eos. Ista cõplexa vt cõplexa sunt nẽcia: ꝛ nõ alr: sed necessitas que cõpetit cõplexis vt cõplexa sunt est necessitas cõplexiõis: qõ idez est qõ necessitas cõnexiõis. g ꝛc. Et sic pz quãtã necessitatẽ hñt talia cõplexa. ¶ Dic vident duo dubia. Primum est de hoc qõ dicit q sicut albũ de necessitate est albũ vel põt esse nõ albũ. ita posset ista distingui. homo de necessitate est aial ꝛc. qz q album põt nõ esse albuz distinguit �fm sensum cõpositũ ꝛ diuisum: ideo est: quia iste termin⁹ albũ põt supponere vl ꝓ subo hñte albedinem: qõ est mãle in signãto termini: vel ꝓ ipsa albedine ꝯcretiue accepta: qõ est formale in signãto termini. Sic aũt nõ põt esse de hoie: qz hõ nõ importat aliquod subiectum diuersum realiter ab hũanitate: ita q qñq; posit supponere pro humanitate: ꝛ qñq; nõ. ¶ Scõz dubiũ est. qz �fm p̃missa ista esset necessaria. homo actu existit: qz accipiendo hoiem q̃m ad hoiez in actu subm nõ põt esse sine ꝑdicato: qõ videt inconueniẽs: qz non est necessariũ hoiem esse. ¶ Ad ꝓmuz istorum dico: q nõ solum ista est distinguẽda. albuz. vel eius opposita: quia. ſ. album põt accipi vel pro subto vl pro forma: sed accipiendo ẽt ꝓ ipsa forma tm̃. distinguenda est �fm q subiectum ꝛ predicatũ: quãtũ ad ipaz formaz abtr põt nõ esse in actu: ꝛ per consequẽs vnũ põt nõ esse alterum in actu: qz albedo que nũc est in actu abtr põt nõ esse in actu: qõ pertinet ad sensum diuisuz: ꝛ �fm q vnũ in actu nõ põt esse sine alio in actu: qõ pertinet ad sensũ cõpositum. ¶ Ad scõz dicẽdũ q ista. homo existit. distinguenda est: sicut ista. hõ est aial in actu: ꝛ in sensu cõposito est vna necessaria: sicut alia: vnde ista. hõ in actu existit. est necessaria. qz ipossibile est hoiem ponere in actu sine existere: ꝛ qñ dicit q existere nõ ẽ necessariũ. Dico q verũ est in sensu diuiso. qz accipiẽdo hoiez abtr nõ est necessariũ ipm existere: sed accipiẽdo in sensu cõposito: necessariũ est hoiem in actu existere: qz ipossibile est vnũ esse sine alio: vt dictũ est. ¶ Ad ꝓmum ergo motiuũ in oppositũ dicẽdũ: q necessitas abtq repugnat effectui cause agentis libero arbitrio. qz nẽcitas abtq effectus est qua ipossibile est ipm abtr nõ esse. hoc aũt repugnat effectui cause agẽtis libero arbitrio. qz talis effectus abtr põt nõ esse: sed necessitas ꝯnexiõis nõ repugnat effectui cause agẽtis libero arbitrio: qz nihil ꝓhibet aliqua cõtingẽter ꝓduci a cã agẽte libero arbitrio: licz tñ vnũ nõ possit esse sine alio: qõ pertinet ad necessitatem ꝯnexionis. ¶ Ad ꝓbõnẽ que adducit in ꝯriũ dicendũ q illa rõ ꝓcedit. ac si necessitas cõnexiõis itel ligat sic. vt. ſ. connexio dicat quoddam ens: qõ sit subz abtr necessitatis. nũc aũt nõ est ita. imo necessitas cõnexionis dicit modũ necessitatis: quo vno posito necessarium est aliud ponere: ꝛ qua vnũ non põt esse sine alio. vnde est idem: ac si dicat q istuz terminũ de necessitate consequitur cõnexio ad alterum. Et hoc in sensu cõposito. Et quãdo dr q cõnexio ꝑsupponit cõnexa: si accipiant cõnexa formaliter: falsum est: qz cõnexum vt includens cõnexionẽ magis supponit cõnexionẽ: q̃ econuerso: sicut concretũ supponit abstractum. ꝛ ideo vt sic nõ opz q connexio presupponat cõnexa: vel necessitas cõnexionis presupponat necessitatem connexorum: vt aliam ab ea. Si aũt accipiantur cõnexa mãliter sic cõnexio saltem �fm rõnem presupponit cõnexa. ſ. illos terminos qui cõnectunt. sed nõ opz q necessitas cõnexionis presupponat aliquam aliam necessitatez ab ipsa in ipsis terminis cõnexis. quia cum cõtingentia absoluta qua aliqui termini absolute sunt cõtingentes in suo eẽ: stat necessitas cõnexionis qua vnũ non potest esse sine alio. ¶ Ad scõm dicendũ q maioz est falsa. Ad probationem dico q minoz que accipit ad ꝓbandũ illam: hꝫ. ſ. q omnia ipossibilia sunt equaliter ipossibilia est falsa. Ad ꝓbationẽ eius dico: q nõ omnia ipossibilia cõliter includunt cõtradictionez: sicut põt patere ex dictis quedam ꝓpositiões ipossibiles includunt cõtradictionem in vtroqz sensu. ſ. ꝯposito ꝛ diuiso: ꝛ tales maxime implicant ꝯtradictoria: ꝛ maxime sunt ipossibiles. alie aũt ꝓpositiões includunt cõtradictoria solum in sensu composito. nõ aũt in diuiso. ꝛ iste minus implicant contradictoria: ꝛ min⁹ sũt ipossibiles: imo plus dico q nulla negatiua implicat cõtradictoria: nisi ꝓpter necessitatez affirmatiue oppposite. vnde ista. deus non est nẽcio. non includit contradictoria: nisi inquãtũ ista. deus est. est necessaria: ꝛ sicut vna necessitas põt esse maioz alia: vt ad nũc ſsupponꝫ: ita etiã vna impossibilitas potest eẽ maioz alia. ¶ Ad tertiũ dicenduz q maioz est falsa: qz idẽptitas predicati ꝛ subiecti que ponitur esse causa necessitatis in positiuis nõ eodez modo cõuenit enti ꝛ nõ enti. qz enti in actu cõuenit ens in actu: nõ enti aũt possibili: esse in potẽtia: ꝛ sicut illa idẽptitas quãdoqz conuenit enti actu: ꝛ habet cãm effectiuam: ita etiam necessitas cõsequens eã habz cãm effectiuã in actu. ¶ Ad cõfirmationem qñ dicit q cõtingens necessario est ꝯtingens. Dicẽdũ q idem iudiciũ est de cõtingentia ꝛ possibilitate creature ꝛ eodẽ modo dõm est de vtroqz: ꝛ sic possibilitas creature est necessaria. nõ tñ creatura que est possibilis. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ q quãdo dicit. chymera est chymera: ꝛ consimilia q illa necessitas est negatiua �fm rem loquẽdo: qz nihil aliud est q̃ dicere: impossibile est ipossibile. ꝛ talis ipossibilitas est impossibilitas absoluta: nec talis ipossibilitas hz cãm nec est simile de tali necessitate: ꝛ necessitate positiua q̃ ꝯplexis importantibus esse creatuz in actu. quia ista necessitas habet causam vt dictum est.

Ex his ad qõnẽ quãdo querit: vtꝫ repugnet ponere aliqõ complexuz necessariũ: ꝛ habere cãm effectiuã. Dõm q sic loquẽdo de nẽcitate abtq: nõ aũt loquẽdo de necessitate cõnexiõis. Primũ pz. qz nẽcitas abtq positiua est q̃ nullo mõ absolute aliqd põt nõ eẽ vel nõ põt aliter se hẽre: hz hꝫ repugnat oi effectui cause efficiẽtis �fm fidẽ. qz �fm fidem omnis effect⁹ cãe efficientis põt eẽ ꝛ nõ esse: ꝛ alr se hẽre abtr loquẽdo: qz hz fidẽ ꝓma cã oiuz agit libero arbitrio. g ꝛc. ¶ Scõz pz. qz sicut dcñ est nihil ꝓhibet aliq̃ duo ꝯtingẽter ꝓduci libe. arb⁹ quoꝝ vnũ nõ põt eẽ sine alio: sed necessitas ꝯnexiõis ꝯsistit in hoc q vnũ nõ possit eẽ sine alio. ergo ꝛc. ¶ Ad rõnẽ factaz. ad ꝓmã partẽ dõz q ꝯntia est nulla. Ad ꝓbationẽ dõm q nẽcitas simplicis repugnat fidei: qz nõ põt habere nisi necessitatẽ absolutã q̃ repugnat effectui agẽtis lib⁹ ar⁹ nẽcitas aũt ꝯplexi põt eẽ nẽcitas ꝯnexiõis sine nẽcitate abtq: q̃ nẽcitas cõnexiõis nõ repugnat effectui agẽti lib. ar⁹ vt oñsũ ẽ. Et qñ dr q ſtãte hypoti vtrũqz ꝯit in hꝫ qõ ẽ eẽ nẽciũ ꝛ hre cãz. dõz q lz ꝯueniãt i nẽcitate gnãlr dcã: nõ tñ ꝯueniũt codez mõ nẽcitatis: qz vni ꝯit tm̃mõ nẽcitas abtq: alij vero ꝯit nẽcitas ꝯnexiõis. ¶ Ad rõnẽ factã ad aliã ptẽ qñ dr q creatura potis est nẽcia: ꝛ hz cãz i po⁹. Dõz q creatura q̃ est potis nõ ẽ nẽcia. vñ creatura cui attribuit potitas

essendi nō habet necessitatem absolutam: sed est potēs esse ⁊ nō esse: ⁊ hȝ cām in potentia: sed eius possibilitas hȝ absolutā necessitatē: nec habȝ cāȝ vt declaratū ē in ꝓncipali soꝫone. vnde creatura esse possibilē est abꝭ ne cessariū. Sȝ creatura q̄ est possibilis nō ē nec̄iuȝ eē. Ex hoc pȝ q̄ nec̄ium abꝭ non habet cām. Qō. XI.

Postea querebant quedā de creatura in spāli. Et ꝑmo de pure spūali. 2° de pure corporali. 3° de cōposita. Quātuȝ ad creaturā pure spiritualem querebat ꝑmo vnū tm̄ q̄tuȝ ad subam: postea querebat aliud q̄tū ad accītia. ¶ Illud vnū pertinēs ad subam est: vtruȝ determinatiue possit ꝓbari q̄ ania intellectiua sit forma hominis. Et arguit q̄ nō. qz nulla forma indepēdens videt pars esse alicui⁹ ꝯpositi. Sed aia intellectiua est forma indepēdēs. ergo nō pōt esse pars alicui⁹ cōpositi: nec per ꝯns pōt esse hⁿ cōpositi qō est homo.

Contra qz nō minus meⁿ est vnū cuȝ extremis q̄ extrema adinuicez: sed intellectus est mediū inter intelligēs ⁊ intelligere. ergo nō min⁹ ē idē intelligēs ⁊ intellect⁹: q̄ intelligēs ⁊ intelligere. sed intelligens ⁊ intelligere sunt vnum subo. ergo itelligēs ⁊ intellect⁹ sunt idē subo. sed hō intelligit. ergo hō et itellectus sunt idē subo. sed hoc nō esset: nisi qz intellectus esset forma hominis. ergo ⁊c.

Respondeo ad euidentiā istius qōnis ꝓncipaliter sunt duo faciēda. ꝑmo ostendere ꝓpositū. 2° quid de hoc senserit Aristo.

Quantū ad ꝑmū facienda sunt duo. Primuȝ est adducere ꝓbatiōes ad ꝓbandū intētū .s. q̄ aia intellectiua sit forma hois. 2m rndendū est ad quedā que qdam adducūt ad colorandū positionē Lō mentatoris. ¶ Quantū ad ꝑmū ꝓbande sūt tres ꝯclusiones: in quaꝝ ꝓbatione ꝓpter breuitatē semp intēdo vti hoc nomie intellect⁹ pro aia itellectiua. Prima cōclusio est. q̄ hō vel est intellect⁹ vel hns intellectū partem sui accipiēdo intellectū modo ꝑdicto. Scda cōclo est. q̄ hō nō est solus intellectus: sed habēs intellectuȝ partē sui. Tertia ꝯclo est. q̄ itellectus est pars que est forma. ¶ Ad euidentiā ꝑme cōclusiōis sciēdum q̄ hic loquimur de aia intellectiua que dicit intellectiua ab actu intelligēdi quē experimur. stultū enim esset q̄rere vtrum aliq̄ ꝓncipiū intellectiuū q̄ dicit intellectiuū nō ab aliquo actu quē experimur ī nobis sit forma nostra. Hoc supposito arguo sic ad ꝓpm. ⁊ adduco vnaz rōnem talē. omnis intelligēs est intellect⁹ tm̄: vel habȝ intellectū partē sui. Sed hō est intelligēs. ergo hō ē intellectus vel habēs intellectū partē sui. Minor pȝ per experimētū. qz experimur in nobis nos bere talē actū in quo excedimus bruta qui dicit act⁹ intelligēdi de q̄ actu loquimur quocūqȝ noie voceť. Maiorē ꝑbo. qz oē q̄ est subm act⁹ intelligēdi est intellect⁹: vel hȝ itellectū partē sui: sed omne intelligēs est subm actus intelligendi. ergo omne intelligēs est intellect⁹ vel hȝ intellectum partē sui. qz rō receptiua actus intelligēdi ē potentia intellectiua. Mi. probo. qz illud cui cōuenit aliquis actus manēs vel imanēs vel vt imanens est subz illius actus: sed intelligere cōuenit intelligēti vt actus imanēs. ergo ⁊c. Et sic pȝ ꝑma cōclusio. ¶ Scōam cōclusionē. s. q̄ homo nō est solus intellect⁹ ꝑbo vnica ratione sic. qz nulla res cui competit sentire est solus itellectus. Sed hō sentit. ergo ⁊c. Mi. pȝ per experientiaȝ apertam q̄ hō sentiat. Ma. ꝑbo. qz nulla res cui cōuenit bere organū corporale est solus intellect⁹: sed omni sentienti cōuenit bere organū corporale: qz operatiōes sensitiue partis exercent ꝑ organū corporeū. ergo ⁊c. Et sic habeť scōa ꝯclusio. s. q̄ hō nō est solus intellect⁹ Ex quo relinquit q̄ est hns itellectū partē sui. ¶ Tertiam cōclusionē ꝓbo. s. q̄ intellect⁹ est pars que est forma. qz intellect⁹ est pars hois: vt ꝓbatū est: aut ergo est pars hois que est forma: aut pars que est mā. nō est pa que est mā: Tum qz sequereť q̄ intellect⁹ eēt pura potentia: Tum qz sequereť q̄ omne qō hȝ māz posset intelligere. ergo relinquit q̄ est pars que est forma. Et si dicat ad ista. q̄ iste rōnes ꝓbant q̄ homo est subm potentie intellectiue. nō aūt q̄ habeat aiam intellectiuaz partē sui. Sī sic dicat nihil est. qz cū potētia intellectiua necessario fundeť in aliqua suba intellectuali. nā oē accidēs semp fundat in aliq̄ suba sibi ꝓportionata: impossibile est q̄ aliqua suba sit subz potētie intellectiue: nisi habeat aliquā subam itellectualē partē sui: vel nisi sit ipsa suba intellectualis.

Ad ista rndent quidā sex modis. q. colorādo positionē Cōmētatoris. Primo sic. Ad cuⁱ⁹ euidentiā ꝑmittunt tres suppōnes ab illis q̄ opponūt. Prima est. q̄ intelligē⁹ que nō est forma corporis simt pōt esse cū fantasmate. qz intelligē⁹ pōt esse simul cum quocūqȝ corporeo. Scda est. q̄ forma intētionalis vna exns pōt esse in plurib⁹ subis. Ex his ulterius inferunt tertiā suppositionē. s. q̄ spēs eadē pōt eē in fantasmate ⁊ in illa intelligētia sicut in subto. Et ex his arguunt sic ad ꝓpositū. qz illi conuenit intelligere. qō est subm spēi elicientis actum intelligēdi: sed hō dato q̄ intelligētia nō sit forma eius: pōt esse subm spēi elicientis actū itelligendi. ergo ⁊c. Ma. supponūt. Mi. pȝ. ex ꝑmissis suppositionib⁹ vt videť. qz vt positū est in scda suppositōe eadem spēs nūero pōt esse in fanᵗᶜ: ⁊ in illa intelligētia separata: sicut in subto: ⁊ sic hō meᵗᶜ fanᵗᶜ ⁊ intelligen⁹ separata est subm illius spēi: sed illa spēs ꝑ quā est in itelligentia pōt elicere actū intelligendi. q̄ hō pōt esse subz spēi elicitiue actū intelligēdi. ⁊ hoc pōt fieri vt dictū est absq̄z hoc q̄ aliqua suba itellectualis sit forma ei⁹. Ad formā ergo arguméti q̄ñ dicit q̄ omne qō itelligit est subm actus intelligēdi: dicūt q̄ nō opz: sed sufficit q̄ sit subm spēi elicientis actū intelligendi: ⁊ hoc pōt fieri vt dictū est absq̄z hoc qō intellect⁹ sit forma hois. ¶ Secundo sic. qz fm magros in visione beata. essentia diuina assistens se habet in rōne forme per quā intellectus creatus beatus intelligit. ⁊ tm̄ essentia diuina nō est forma inherens ipsi beato vel intellectui eius vel forma que sit pars eius. ergo nō oz q̄ forma itellectualis per quā aliquis intelligit sit forma veniēs in cōpōnē eius: vel qō sit pars eius. ¶ Tertio. qz natura hūana sic intimat divino suppōsito absq̄z inherētia: ⁊ absq̄z hoc qō sit pars eius: q̄ operatiōes manētes nature hūane ōnominant suppositū diuinū. nam vera est ista. de⁹ sentit. q̄ a simili natura intellectual poterit ita intimari hoi absq̄z inherentia: ⁊ absq̄z hoc q̄ sit pars ei⁹: q̄ opatio manens que est intelligere poterit denoiare hoiem: vt bene dicat homo intelligit. ¶ Quarto. qz fm Cōmētatorem lux se hȝ ad colorē vt forma eius. ⁊ tm̄ lux nō inheret colori nec est pars eius. ergo a simili nā intellectualis poterit aliquo mō eē forma hois absq̄z hoc q̄ inhereat sibi vel sit pars eius. ¶ Quinto. quia dato q̄ hō se experiatur itelligere nō sequit vt videť q̄ sit subiectū actus intelligēdi. nam hō dicit experiri illa quoruz hō nō est subm. naz hō dicit experiri calorē ignis ⁊ frigus aque: quoruz nō est subm aliq̄. ⁊ sic ꝑter ꝑdictā experientiam nō oportet ponere hominē subm act⁹ intel

ligendi. ¶ Sexto sic. qz frater Thom̃. dicit q accidit spēi inherere ad hoc q eliciat actū itelligendi. ergo fm eum nō est incōueniens q aliquis intellectus itelligat per formaz que nō inheret sibi: nec est ps eius z ex hoc videt sequi q nō est incōueniens q hō itelligat p formam que sibi nō iheret: nec est pars eius. ¶ Ad primuz ergo isto dico q videt mihi satis q illa obtio sit friuola: qz bñ deficit in quinq. ¶ Primo in hoc q vī ponere q suba spūalis sit i loco: siue in corpore situal̄. q. sit subm propinqtatis vel distātie: quā habitudinē: vt vī det magnis: nō hz suba spūalis ad locum: videtur enim imaginari q suba spūalis sit simul cuz organo fantas^co simultate situali vt sic situata suscipiant idem accn̄s.

¶ Secūdo. qz ponūt idē accidēs in pluribus subis: cū accidens habeat entitatez z vnitatem a subto: nec valz si dicat q nō est verum de accn̄ bus intentio bus. imo p hoc. q sequat plus de istis q̄ de illis: fz eos: qm̄ vnumquodq accidēs quāto habz debiliorē entitatem: tanto magis dependet in entitate z vnitate a suo subto: sed fm eos predicta accn̄tia debilissimam entitatē hñt. g̃ z̄c.

¶ Tertio. qz p̄cesso predicto impoli. s. q idem accidēs possit esse in diuersis subis: duz tamē vnūquodq illoz esset natum recipe illud accidēs: nullum tn̄ accidēs potest habere p̄o subto illud qō non est natū recipe ipm: nūc autem intellectus nō est natus recipere spēm: nisi intelligibilē: z eadem spēs fm hoc erit sensibilis z itelligibilis. ¶ Quarto. qz nō videtur rō quare illud qō ē subm spēi intelligibilis nō possit eē subm actus intelligēdi: fm aūt eos spēs illa que est in fan^tc est real̄ spēs intelligibilis que est in intelligentia. ¶ Quinto. qz fm eos sequeret q intelligētia qñ est in aere eēt subm luminis: qz fm eos lumen est forma itentionalis: z esset subz intentiōis coloz: que oia sunt absurdissima. ¶ 6o qz tot absurditatib⁹ cōcessis adhuc nihil ad ꝓpositum: qz intelligere cōparatur ad itelligens: sicut opatio imanens: z per ꝯsequens sicut ad subm: vñ oportet q itelligens sit subm actus intelligēdi a quocūq eliciatur ille actus effectiue: sed oībus istis positis nō saluat adhuc quin hō sit intelligēs: z per consequēs quin hō sit subiectum actus intelligēdi. ergo z̄c. Quādo ergo dicūt q nō oz q intelligens sit subm actus intelligēdi: sed sufficit q sit subm speciei eliciētis actum intelligēdi. Dico q vtrūq est falsum z impossibile: qz impossibile est q opatio imanens cōparetur ad aliquid vt operatio ei⁹ imanens nisi ad id in quo est: sicut in subto: ita q ex hoc dicit operatio manens: qz manet in operāte: nec potest fingi alius modus manēdi: nisi sicut in subto: sicut ē in intellectu creato: vel per omnimodaz idēptitatem: sic in deo. ¶ Scōm etiā falsuz est. qz ad hoc q aliqs itelligat non sufficit q subm sit spēi eliciētis actū: accid^o elicere actuz p̄o effectiue causare: qz obta mediate vel imediate causant actū intelligendi: nec tn̄ intelligūt: intellectus etiā agens z species fz illos qui ponūt q species se hñt actiue ad actū intelligendi: nec tn̄ eis ꝯ^it itelligere: esse. n. subm principy actiui quo suba talis p̄ncipy actiui agit in aliud subiectū: est cōditio agētis actione trāseunte: vñ videt mihi q ista p̄ma instātia continet tot incōuenientia z improbabilia quot ẏba. ¶ Ad secūdum dicendū. q in visione beata: creatura beata intelligit per essentiaz diuinaz: sicut per principiū effectiuū illius visionis beate. qua visiōe non denominatur de⁹: nec essentia diuina videns z intelligens: sed per potentiam ꝓpriam intellectiuaz creatura beata videt deum: cui soli sicut subiecto videndi cōuenit esse videns z intelligēs: z sic ad hoc q homo intelligat: nulla vnio subficit: nisi sit subiectū actus intelligendi. ¶ Ad tertium dicendū. q nūquā deus diceret sentiens per humanitatē nisi humanitas esset idē supposito cū eo: z per ꝯns nisi suppositū diuinū p humanitatē illaz aliquo modo diceret subm illius factionis: mō quo subiectum dicitur supposituz bñs aliquā naturā: z accn̄tia sibi inherētia: z iō si homo posset assumere nām spūalem in vnitatē suppositi: modo quo humanitas est assumpta a verbo posset denominari ab operatione imanente ei⁹: nūc autē isto modo nulla suba pōt itimari homini. Et iō q suba spūalis sit eadē suppositō cū eo z denoiet ab operatione eius: opz q sit forma subalis eius vel accidentalis: z qz accidentalis eē nō pōt. ideo z̄c. In alio etiam deficit ista instantia: qz suppositō per impoſe q sit assumere talem nām: tn̄ homo assumens nō experiret se eē subm actus itelligēdi: sic̄ experiē: lz suba assumpta hoc experiret. ¶ Ad quartū ° dicēdū: q si cōmētator intēdit de lumine z itentione colozis in medio: cū ista duo recipiant in eodē subo z vnū eoz possit esse rō susceptiua alterius: tunc falsum supponit in instantia: q. s. vnū nō inheret alteri: modo quo aliqua forma iheret sue rationi susceptiue. Si aūt cōmētator loquat de coloze: z lumine: vt. s. vnum istoz nō est receptiuū alterius: tūc dicendū q equocat de forma: nā vno modo dicit forma ꝓprie illud qō formal̄ p iherētiā perficit alterū. Alio mō aliqd dicit forma vel formale respectu alterius qō scz. est pfecti^o eo: sicut si nā humana dicat. q. qōdā formale respectu inferiorū hoīe: qz est pfectior eis z talis formalitas non sufficit ad hoc q illud qō verificatur de tali forma vel formali verificet de eo respectu: cui^o dicit forma vel formale: sicut nō opz verificari de hoīe qō verificat de hoīe. ¶ Ad quintū dicendū q quādo aliqs experit aliqd extra se sicut quādo hō experit calorē ignis opz q hō sit expiēs p aliquē actū cognoscēdi: cuius est subm: tūc ergo si hō experit actū: qui est in illa suba sepata sicut in subo: tūc hō experiet illū actuz per aliquē actū: cuius ipse hō est subm. Et tūc quero de illo actu: aut est actus intelligendi: aut actus sentiendi. Si actus intelligendi habetur ꝓpositū. s. q est subiectū alicuius actus intelligendi: z stat nra ꝓ primo deducta. Si aūt ponat q sit actus sentiēdi: se^r q act^o intelligēdi sit obz sensus: qō ē absurdū. ¶ Ad 6^m dōz q bñ accidit spēi itelligēdi ad hoc q moueat effectiue ad actū itelligendi q inhereat: sed nō accidit itelligēti ad hoc q intelligat: q sit idē cū actu intelligendi vel subo: sicut in creatura: vel per essentiaz sicut in deo. Unde si aliqua spēs subsisteret z moueret ad actū intelligendi receptū in alio: spēs nō esset intelligens: sed intelligere faciens: sed illud in quo reciperet actus intelligendi eēt itelligens: z sic patet de primo principali.

Quantum [b] ad scōz principale. s. q de hoc senserit Ari. videt mihi q babet sniam expssa Aristo. de aia. q̄tū ad duo. primū est q aia intellectiua sit forma hois. scōz est q aia sit subm actus itelligēdi nō mediāte dispōne seu ꝺditione corporali. Primū videt haberi ex pluribus auctoritatibus eius: naz primo dicit in scōo de aia. vbi post distinctionē aie dicit sic. Si autez aliqō cōmune in omni aia opz dicere: erit vtiqz actus corporis organici physici. vbi vult q esse actus corporis est cōe omni aie. z cōstat q ibi fecerat mentionez de aia intellectiua: ergo z̄c. ¶ Secūdo idē ponit sic: aia aūt hoc quo viuimus sentim⁹ mouemur aut intelligimus primū quare rō vtiqz erit spēs z non vt mā subiectū: ecce hic ponit illud quo viuimus sentimus z intelligimus eandē formā vel spēm. ¶ Tertio

e In ẏstate doctor recte excluſit illam rñsionē illoz prauē intelligētiū. Cōmentatoris. vñ rñsio illa data fuit ex ꝑuo intellu ẏbozuz Cōmentatoris: nā cōmentator. cō. 5. vī dicit q itellcā spectātiua cōstituīt p duo ſbta: q̄z vnū est gñatū: z ē ipſuz phātasma: z aliō est nō gñatū: z ē ipſe itellectus polis: sic̄ et sē satto hz duo ſbta: vnū per qō ē ẏba: aliō p qō ē vnum entiū. Et fuerūt iſti decepti p equocationē isti⁹ nomis subz: nā ſbz i vta Arist. z Cōmentatoris sumit p illo cui aliqd formal̄ inheret. qñqz ẏo sumit p obto a q̄ aliq opō ꝺpēdet vl tā q̄ a mouēte vl tā q̄ a terminātē: sic̄ ps 2. ō gnōne. t. c. 7. idē et ps 2. ō aia. te. c. 144. vbi dr vnuſqſq q̄ ſgf sēſus ſbtl sensibil̄ ẽ: ita et Cōmentator dic sumit ſbz in duplici ſensu i illa auctoritate sic̄ ps. Illō tamē qō possz dici fz via cui⁹ ad ẏ argm̄ qō magnipēdit ab oib⁹ ē. nā ita arguēte patuit ꝓſſez iſtātia ō celo: celū. n. fz pparetticos dē viuē itelligē z appetere. z tn̄ itellectio n̄ recipitur in ipso subtiue. aīe ps. 2. ce. Et ps et exp̄ ca. ō ẏba ozo. z sic̄ soluitur ẏbta soluit hic sic̄ scis.

b Nūqd Ari. senserit aiam itellectiuā eē formaz hois subſtantialē.

a Tex 6m Arist. patet aias itellectiuas eē formas hoīs. tñ vt ig Cōmē. 2. de aīa. 2. 30. Et 2. 5. tēt ō aīa illa diffō aīe nō ē vnitoce ns eq̄oce dicta ō oī aīa ſz Dī ſz ꝑs ꝑ posteri⁹. Et ſō Ar. 2. de aīa 2cludēs diffōnē ō aīa 2ditionalſr logi dicēs: ſi ät aliquod cōe. Sīc infra. 1. 2. xi. iēt. Amplī⁹ät imāiſe ſtā ſi ſit anīa act⁹ cōplā ſīc nauta nauis. Et mīz eēi ſi ex diffōne illa ꝑs data a ꝓpho i. 1. 2. 7. apperz aias i tellectiuā eſſe formā ſbalēt ꝙ iſoīatōes reſpcū hoīs qūo ipe poſtea i. 1. xi. dīc ꝙ imāifeſtuz ē. Immo tē Ar. ībi ī taz breui ſpacio 2dīceret. illō igf qō addu cit doctor ſal uā pace ñ vī facē ad ꝓpoſitū ſuuz. Sīc qō dīc ipe i. mortalitatez aīe ñ eē māifeſtā ō itētōe Ar. imo po⁹ māifeſtius eē oppoſituz illi⁹. Nā ipe i mīſit doctor vt allegabat di miſit illō ſub dubio. ꝙ ſz in hāc ſntiaz cōcurrat ēt ſcotus i. 4. ſē. ō. 43. q. 2. tam ſalua pace eoruz dīcerim Ar. nō dimiſit illō ſō dubio i illo loco vbi erat ꝓpo⁹ determinādi illā qōnē. ꝙ ē i. 3. de aīa. vbi ō plurib⁹ ōmfontib⁹ 2cludit intellectū eē abſtractū ꝙ imālē: ꝙ ꝓ ꝑs i. corruptibilez ſīc bñ ꝙ elegāter diſputat

dicit ibidē. potentiarū aūt aīe que dicte ſunt: alys gdez inſunt oēs ꝛc. ꝙ ſubdit. Potentias aūt dicimus vegetatiuū: ſēſitiuū ꝙ appetitiuū motiuū ſz locū ꝙ itellectiuū: ex quibus apparet ꝙ homini inſunt omnia iſta. ſcz intellectum cū precedentibus: qō nō eſſet verū ſi hō ꝙ aīa eſſent diuerſe ſubſtantie ſuppoſito diſtincte: qz ridiculum eſſet dicere ꝙ illud qō cōuenit vni ſube cōueniret alteri ſube ſuppoſito diſtincte ab ea. Iterū etiam ex bis patz ꝙ Ariſto. loquitur de intelligentia potentia: ſicut de quadā potentia cōcurrente in eādē eſſentiam aīe cū alys: ꝙ manifeſtius hoc apparet ex quodā dicto ſequēti: nā infra dicit. Semp in eo ꝙ eſt ꝑñr potentia ꝙ pri⁹ eſt in figuris ꝙ inaīatis vt in tetragono trigonū ꝛc. ꝙ de ducēdo dicit. Ultimū aūt ꝙ minimū ratiocinatiuū ꝙ intellectiuū: quibus enī eſt rō corruptibilitū his ꝙ reliqua oīa. Ex qud manifeſte vult ꝙ ſicut cōtinet vegetatiuū in ſenſitiuo. ita vegetatiuū ꝙ ſenſitiuū i itellectiuo. Hoc aūt nō eſſet niſi vegetatiuū ſenſitiuū ꝙ intellectiuū cōcurrerent in eandem eſſentiā aīe. ſed cōſtat ꝙ aīa vegetatiua ꝙ ſenſitiua ſunt forma hominis. ḡ ꝛc. Itez dat ēt intelligi in ꝓncipio terty de aīa vbi dicit. de parte aūt qua ſapit ꝙ intelligit aīa. ex quo apparet ꝙ ipſe loquit de potentia intellectus ſicut de quadā parte 2diuiſa cōtra illas. ſcz vegetatiuā ꝙ ſenſitiuā: ꝙ 2currēte cū eis in eādē eſſentiā aīe: ꝙ in idem totū. Manifeſtius aūt hoc oſtendit in. xi. meta. vbi dicit. Monēte igit cāe velut prius facte exiſtentes. que aūt vt rō ſimul: quādo enīz ſanat homo tunc ꝙ ſanitas eſt: ꝙ figura enee ſpere ſimul ꝙ enea ſpera. Si aūt poſterius aliquid manet perſcrutādum eſt. in quibuſdā enī nihil probibet vt ſi eſt aīa tale non oīs ſed itellectus: vbi manifeſte diſtinguēs illō qō eſt ꝓprie forma cōpoſiti 2 cās agētes in hoc ꝙ cā agēs precedit: forma aūt non: reliquit ſub dubio. vtrum aliqua forma remaneat poſt cōpoſitū: ꝙ dicit illā formaz de qua reliquit ſub dubio. vtrū remaneat poſt compoſituz eē aiam intellectiuā: ex quo manifeſte apparet ꝙ expreſſa ſententia Ariſt. eſt ꝙ aīa itellectiua eſt forma hoīs: ꝙ pars eſſentialis cōpoſiti: qō eſt homo: nec hoc relinquit ſub dubio: ſed tñ reliquit ſub dubio vtrum remaneret poſt corruptōez hoīs. ¶ Quātū āt ad z⁹. ſ. ꝙ aīa eſt ſubm actus intelligēdi nō mediāte aliqua diſpoſitione corporali: manifeſte habet ſua ſnīa in 3⁹ de aīa. vbi ex intentione ꝓbat intellectū eē oīno imixtuz ꝙ ab omni diſpoſitione corporali denudatū ad hoc ꝙ itelligat oīa. vnde ſm intentionē eius ſola aīa eſt ſubm potētie intellectiue accipiendo ſubm pro ratione ſuſceptiua. ¶ De tertio aūt. ſ. vtruz aīa itellectiua remaneret poſt corruptōez hoīs: aut nō: nō bī expſſa ſnīa eius: nā in. xi. metaphy. loco predicto relinquit ſub dubio vtrū maneat poſt corruptionez cōpoſiti. ꝓio etiā de aīa. in probemio relinquit ſub dubio vtrū aīa realr ſepareť a corpore: an ſolū ſit ſeparabilis ſm ſolā potentiā intellectiuaz ꝙ operationē eius. Et ponit exemplum de enea ſpera cui ꝓuenit tangere planū in puncto: nō in eo ꝙ enea: ſed in eo ꝙ ſpera. ¶ Ad cuius euidentiā ſciendū: ꝙ ſicut ſpera enea tangit planū in puncto: ꝙ ad hoc nihil facit ꝓ ſe natura enea vt talis: nec calidū: vel frigidū: vel humidū: vel ſiccuz: vel aliquid aliud niſi ſola ſphericitas eī⁹ ita ſenſit Ariſto. ꝙ ſola aīa eſt ſuſceptiua actus intelligendi ꝙ ad recipiendū talē actū nihil per ſe facit materia vl calidum vel frigidum nec aliqua diſpoſitio corpalis. Sz ibi ꝙ alibi dimiſit ſub dubio vtruz ſīc ſphera vel ſphericitas non poteſt ſeparari ſm rez a corpore naturali. quin ſ. ſit in corpe naturali. Ita etiam anima nō poſſit ſeparari a corpore. ita ꝙ corpore corrupto per ſe ipſam ſolam maneat quāuis ad aliqua principia ſua videatur magis ſequi: ꝙ aīa quantū ad operationē ſit ſeparata ꝙ non quantū ad hoc ꝙ poſſit per ſeipſaz manere corpore corrupto: quedaz tamen verba eius videnť ſentire oppoſitum: nā in ſcō de aīa dicit ꝙ intellectus ſeparať ab alys: ſicut ꝑpetuū a corruptibili: ꝙ in tertio dicit de intellectu agente: ſeparatum aūt ꝫ ꝙ vere eſt.

Conſ. ꝫ Ala. ꝙ ádrū. ibidē cōmēto magno.

Tex. conſ. 24

Tex. cō. 20.

titudines ad causandū. igit ꝛc. ¶ Sexto sic. agere amore alterius solum conuenit agenti per intellectū ꝛ volūtatem vt videtur: sed nō oē agens agit p intellectū ꝛ voluntatem: igitur nō ois finis respondēs agenti: est illud cuius amore aliqd agit. ¶ Septimo sic: qz nō solūmō aliquid agit amore finis: sz etiā desiderio: ꝛ etiā dilectione finis: igit sufficienter dicit: cū dr q finis est: illud cuius amore aliquid agit: sed deberet addi amore cuiꝰ vel desiderio: vel cuius dilectōe aliqd agit: igit ꝛc. ¶ Octauo sic: qz finis est cā cārū: sed nō posset dici cā cāruz: nisi esset cā ois cāe efficientis. ergo ois cā efficiens bz cām finalem: sed nō ois cā efficiens bz cām efficiētez: aliogn ēēt processus in infinitū in cāis efficientibus: qđ est icōueniens ſm pħm. scđo meta. igit nō oē bns cām finalē bz cām efficientē. ¶ Si dicat ad hoc q pro tāto finis dicit cā causarū: qz scz cālitas finis est nobilior re vl ratione cālitate cuiuscūq; alterius cāe nō q sit cā ſm rez ois alterius cāe: sicut patz de prio agente cuius causalitas effectiua: nō bz cām finalē: que sit causa finalis ipſi⁹. ¶ Cōtra. qz licz in ꝑmo cā efficiens nō habeat cāz finalē ꝓpter quā sit. tamē in secūdis agentibus: alys a ꝑmo cā efficiens habet cām finalē ꝓpter quā sit: ꝛ talia agentia sunt totalr ꝓpter suos fines: qui tñ sunt secūdary: sz ſm te finis est cā dans esse effectui: qz tu ponis effectuz cāe finalis dependere a fine quantū ad esse. igit secūdary fines sunt cā secundoꝝ agentiū quantū ad suū totale esse: ꝛ per ꝛ̄s causant: qđ falsum est. ¶ P. ignis agit pp assimilationē vt assimilet sibi passum: sicut ꝓpter finē: sed ignis: nec eius actio dependet ab assimilatiōe passi: cū talis assimilatio sit quedā relo: igitur effectus cāe finalis nō dependet ab ipso fine. ¶ P. causalitas finis nō solūmō est q amore eius aliqd agat: sed etiaz est illud amore cuius vel gra cuius mā subycit forme: ꝛ gra cuiꝰ forma iformat ipsaz: subyci vero ꝛ iformare nō est illō cuius amore aliquid agitur. ¶ Ad primū istoꝝ dicēdū q nō accipit ibi fieri ſtricte put distinguit cōtra eē: sic est in eis que acquirūt esse p motū ꝛ trāsmutationē: sed accipit ibi fieri pro eo qđ est hre esse ab alio effectiue sic cū nouitate essendi: siue sine nouitate eēndi per quē modū mundus esset a deo effectiue si esset ab eterno: ꝛ de hoc in precedenti articulo magis dictum est diffuse. ¶ Ad secūdū dicēdū q illa resp̄sio est bona. Et ad id q prio obycitur in cōtrariū dicendū q minꝰ nobile est ꝓpter magis nobile: sicut ꝓpter finē: ꝛ ideo materia est ꝓpter formā: sicut ꝓpter finem: sed ex hoc nō seq̄t q minus nobile nō habeat aliqd in gñe cause efficiētis ꝑ ter formā per quā sit effectiue: nec etiā q minus nobile sit ꝓpter gōlibet magis nobile: sicut ꝓpter finē: sicut supra ꝓbatū est: sed illud minus nobile est ꝓpter aliō magis nobile: sicut ꝓpter finē ad quē est ordinabile ab aliquo agente: sicut medicina est ꝓpter sanitatē: siue ꝓpter boiem sanandū: sicut ꝓpter finē ad quē ordinat ab agēte medicinā. ¶ Ad tertiū qđ ↄtra hoc obycitur dicēdū q resp̄sio data est bona. Ad illud aūt qđ ↄtra eā obycitur dicēdū q minor est falsa. Et ad ꝓbationē dicēdū q maior vt ponitur est falsa ꝛ ridiculosa: ꝛ g crederet eā esse veram: vna cū minori assumpta eēt erroneus in fide: qz ſm hoc sequereť q deus nō eēt cā effectiua materie ꝓme: cū ex veris nō possit sequi nisi verū. Talis ēt erraret in pħia in his que sunt manifesta ad sensum: ga si ita esset q illud non eēt causa efficiens alicuius rei: cuius influentia posita nō ponit res quocūq; alio remoto: sequeretur q agens naturale nihil posset efficere. vnde miror quō bō sani capitis posuit talē rationē vt credēs eam valere. Dico igitur q illud nō est cā sufficiens rei perfecta in gñe cause efficientis quo posito nō est res illa: cuius ponitur causa circūscripto quocūqz alio effectiuo: siue in gñe cāe efficientis: sed nō sequit q illud non sit causa perfecta rei in gñe cāe efficientis: cuius influentia perfecte posita nō est res remoto alio ad aliud genꝰ cāe pertinēte: sicut sol remoto subo qđ est diaphanū nō causaret lumē: ꝛ tamē perfecta causa est luminis in gñe cāe efficientis. ¶ Ad tertiū dicendū q idem est dicere gra cuius ꝛ amore cuius: qz gra finis aliquid esse vl fieri nihil aliud est q̄ intentione siue amore finis aliquid esse vel fieri. ¶ Sed cōtra hoc obycit: qz nō solū aliqs agit amore finis: sed etiam desiderio ꝛ dilectione finis. ¶ Ad hoc dicendū q istud est valde frituolū: qz gcūq; agit desiderio finis: agit etiā amore finis. vñ siue amor se habeat vt genus ad species ad desideriū ꝛ dilectōez: siue vt passio distincta precedens eas quicqd agit desiderio vel dilectione: agit amore: ꝛ nō ecōuerso: ꝛ iō melius dicit amore cuius q̄ desiderio vel dilectiōe cuius. ¶ Ad quartū dicēdū q minor est falsa: qz si aliqs sanat aliquē amore ꝑis: ita q amore ꝑis hoc fiat principalr. pater erit finis. q aūt dicit q sanitas est finis. dicenduz q est finis sub fine: ꝛ q plus est sicut infra ꝓbabit: omne agens intendit aliquē finem extra totū effectū suuz. ¶ Ad quintū dicendū sicut tactū est q illa ꝓma ppō. s. finis est primū in intentione: ꝛ vltimū in executione nō est vliter vera de omni fine: accipiendo finē quantū ad illud qđ est: qz semp opz accipere aliquē finez: qui ꝑexistat in esse rei que est ad finē: ꝛ hoc etiā loquēdo de fine respōdēte ipsi agēti: qđ iō dico nō q ſm vitatē sit aliqs finis q nō rūdeat agēti: sed hoc dico ꝓpter opionē illorū q dicunt aliq̄ habere causam finalem ꝛ non agentez: qz omne agens propter finē agit propter finem existentem extra totum effectū suū: sed id qđ est extra totū effectū agentis non est aliquid acquisitū huic. igit oē agēs agit ꝓpter finem aliquē non productū per actionē eius: maiorē probo: qz totus effectus cuiuslibet agētis: est ꝓpter aliquē finē intentū ab agente. alioquin aliquid haberet cām efficientē qđ non hret causam finalē intentā ab agente: sed nihil est causa finalis suupsius. igitur opz in omni agente q sit aliqua causa finalis intenta ab eo extra totum effectuz eius: ꝛ ista fuit maior. minor patz: qz quicquid est productū ab aliquo agente icluditur in totali effectu eius. ꝛ ideo illud qđ est extra totū effectuz eius nō est productū per actionē eius. ¶ Ad omnia aūt que dicūtur cōtra ista: quādo dicitur q si facio aliquid propter deum: sicut ꝓpter finem: aut facio vt sit aut vt bene sit: ꝛ idem est de quocunqz alio preexistente ante actionē agentis propter finē. Dicendū ad omnia hec: q nō solum modo agens agit propter aliquē finem vt sit. sed etiam oportet q agat propter aliquē finem: quia talis est: sicut aliquis exhibens bonorem: etiā propter virtuosum: sicut propter finem: non vt virtuosus sit: sed qz iam virtuosus est. vnde preter finem productū actione agentis propter quē agens agit vt sit oportet dare finez preexistentē actioni agentis: propter quē agens agit: qz est talis non vt sit: vnde ꝛ deus ꝛ oia alia agentia agunt propter finem qui deus est non vt sit: sed quia est talis qz vero est talis ideo oia ordinanda sunt in ipsum. Uñ binc potest accipi distinctio finiū que rationalis est: videlz q quidā est finis propter quē agens agit vt sit: ꝛ quidam propter quē agit: quia est: ꝛ in omni actione acquiritur aliquo modo finis vel in se: sicut iste finis propter quem agit agens vt sit: vel acquritur huic lz in se ꝑexistat finis. scz propter quē agit agens: qz est: ordinando scilz alia in ipsuz: quia talis est. ¶ Sed distinctio quā videnť

Tex. cā. 6.

Difficile de finibus.

Note bñ per hoc q̃ dō finis sic cā fm quā docet.

Inuere aly est irrationalis: quia diuidit inferius in suū superius ⁊ eius oppositum: sicut si aliquis diceret albedinum: quedam est color: quedam nō est color: nam oīs causa per se est talis q̄ ab ea dependet effectus p̄ se. vñ diuidere causam finalem in illud a quo dependet res: ⁊ in illud a quo non dependet res: dicēdo q̄ quidā finis est a quo non dependet: ⁊ quidā a quo dependet: est diuidere cām finalē in suū superius. scz in illud a quo dependet res: ⁊ in suum oppositum. s. in illud a quo non dependet res. ¶ Ad illud aūt q̄ ipse imaginant̄ me dixisse. videlz q̄ quidā finis est qui amatur amore cōmodi: ⁊ quidam qui amatur amore iusti: ⁊ q̄ ista distictio nulla est: q̄ iustū est q̄dā cōmodū. Dico q̄ istā distinctionem nunq̄ posui: siue sit bona: siue sit mala. tamē obiectio facta in cōtrariū parū valet: quia sicut delectabile diuiditur cōtra honestū non accipiendo delectabile in generali: cum honestas sit delectabilis: sed accipiendo delectabile pro determinato delectabili. ita etiam in accipiendo cōmodū pro determinato cōmodo: cōmodū potest distingui cōtra iustum. causa aute quare: poterit dici quādo erit opportunum. ¶ Ad illud autē q̄ querit̄ vtrum finis sit causa prout est vltimum in executione: aut prout est primū in intentione: dicendū primo q̄ nō ꝑut est vltimū in executione propter duo. Primus est: q̄ nō omnis finis est vltimum in executione. vt ꝑbatū est. Scdo q̄ eē vltimū in executione cōuenit sibi prout est effectus cause efficientis: esse aute effectū alicui⁹ cause non importat causalitatē aliquā inquātū huiꝰ. licz illud q̄ est effectus alicuius cāe: aliquādo sit causa alterius: esse etiaz primū in intentione: vel etiā in intētione dare sibi causalitatem finalem dupliciter potest intelligi. vno modo q̄. s. intendi det sibi primaz rōnem causalitatis finalis. ita. s. q̄ sit finis: q̄ intenditur: ⁊ isto modo non est verū: q̄ non est finis: ideo q̄ intendit̄: sed iō intenditur: quia finis est: vel saltez quia apparet esse finis Sed prima ratio causalitatis finis est dare bonitatez ⁊ appetibilitatē alteri ex hoc q̄ habet ordinem ad ipsum. ¶ Alio modo potest intelligi q̄ esse primū in intentiōe finis sit causa: q̄ scz finis non consequit̄ effectū suū nisi cōcurrente aliquo intendente finem ⁊ ordinante id q̄ est ad finem in ipsum: ⁊ sic verum est q̄ finis habet q̄ sit causa per hoc q̄ est intendi sicut per causam aliam necessario cōcurrentem cū eo: ad hoc q̄ habeat effectū. Et quādo dicitur q̄ nō: q̄ tūc nō differt causalitas effectiua ⁊ finalis: q̄ causalitas finis vt est primū in intētione est imprimere effectiue aliquē amorē vel aliquā inclinationē ipsi agenti. Dicēdū q̄ quādoq̄ causalitas finalis ⁊ efficiens sunt idem re quantū ad entitatē illaz que est causa finalis ⁊ efficiens: ⁊ q̄ñq̄ diuersa re. tamē semper sunt diuersa ratiōe. nā sicut dictū est. Causalitas cāe finalis cōsistit in hoc q̄ est dare bonitatē ⁊ appetibilitatem alicui ex ordine ad ipsuz. ita q̄ ex hoc q̄ aliquid ordinat̄ ad aliqd vt ad finē habz quādā bonitatē ⁊ appetibilitatē ꝑter bonitatē ⁊ appetibilitatez quā hz ex eo q̄ formal̄r est i ipso circūscripto omni alio. Causalitas aūt cause efficientis stat in hoc q̄ est effectiue mouere: siue ordinare aliquid ad finem: quādo igitur ita est q̄ agēs est in potentia ad amorez finis: tunc contingit q̄ finis ⁊ bonū ⁊ est causa effectiua: ⁊ ē causa finalis. causa effectiua inquantū mouet effectiue voluntatē ad amorē sui. sz finalis inquantū modo predicto dat bonitatē ⁊ appetibilitatem alteri: neceſt incōueniens q̄ idem per eēntiā aliquādo habeat vtrāq̄ causalitatē: sicut nec est incōueniens q̄ idez per eēntiā hēat causalitatē formalē ⁊ effectiuā: nam idē calor per eēntiam qui facit ⁊ē formalē calidū est principiū quo ignis calefacit alterū: quādoq̄ autē aliquid agit ꝑter finē: ad cuius amorem nō est in potentia ꝑter finem alterum a se: sicut q̄ñ dicimus q̄ deus dat gratiā alicui ꝑter gloriā: sicut ꝑter finē: quia gdē gloria nō est cā finalis dei: sed grē: nā quādo dicit̄ q̄ agens agit ꝑter finē. ly ꝑter finē. nō dicit cāz finalē agentis: sed sui effectus: sicut patz in exemplo ꝓpositō: ⁊ tūc causa finalis ⁊ efficiens quantū ad finē propinquuz sunt diuersa re: sicut patet in exemplo ꝓpositō de deo causante grām propter gloriā: sicut ꝑter finē ꝓpinquū g̃. sic igitur patet q̄ causa finalis ⁊ efficiens sunt q̄ñq̄ idem re: quādoq̄ diuersa re. semp tamē sunt diuersa ratione: sicut patet ex dictis: quādo igit̄ dicit̄: q̄ causalitas cāe finalis: ꝑut primuz est in intentione: est imprimere aliquid effectiue ipsi agenti: dicendū q̄ falsum est. imo causalitas eius est dare bonitatē ⁊ appetibilitatē alteri. vt dictum est. ¶ Ad omnia autē alia que obyciuntur si ponatur q̄ causalitas finalis sit in hoc q̄ est vltimuz in executione. pz rñsio: q̄ hoc non ponit̄. ¶ Ad illud q̄ vlterius obycitur quando querit̄ qd mouet agens ad amorem vel desiderium finis: dico q̄ non est vliter verum q̄ agens moueatur ad amorem finis: sicut patz in agente primo. vnde hoc accidit inquātū agens est in potentia ad amorē finis: q̄ causalitas finis est dare bonitatem ⁊ appetibilitatē alteri: ⁊ q̄ aptum natū sit intendi. ¶ Et ad aliud q̄ obycitur cōtra hoc q̄ñ dicit̄ q̄ cāritas vniuscuiusq̄ cause cōsistit in hoc q̄ potest causare: nō autē in hoc q̄ est eē aptū natū intēdi: friuoluz est q̄ dicitur. nā hoc ipsum eē q̄ est ipsum aptuz natū intēdi vt ex quo hz bonitatē modo ꝓdicto est causalitas finis: ⁊ per hoc non solū hz posse causare: sed etiā causare mō quo cōpetit fini causare: vna cum agente intendente ipsum finez: q̄ñ autē agens est in potentia ad amorē finis per quē amorē mouet alia ad finez: tunc aliq̄ existens actu mouet: puta finis preexistens actu mouet ad amorem sui ⁊ aliorū non existentiū ordinabilium in ipsum. naz aliquid actu ens potest mouere ad cognitionē ⁊ ad amorē non entis. Et quando dicit̄ q̄ etiam aly secūdary fines qui nondū sunt debent mouere. Dico q̄ nō oz q̄ ad hoc q̄ aliquid sit finis: sufficit q̄ det bonitatem ⁊ appetibilitatē alteri: vt dictum est. aliquid aūt nō solus habet bonitatem ⁊ appetibilitatē ex hoc q̄ iam est assecutum finem: sed etiā ex hoc q̄ or̄ est ad executionem finis nōdū existētis: sicut pz de potione ⁊ sanitate: ⁊ ꝓp hoc ens in potentia cū intentione agentis ipsum potest esse causa finalis: licz non sit nec finis p̄ncipalis moueat actu: quia sufficit q̄ aliō mouerit ad amorē eius. ¶ Ad illud q̄ obycitur ꝓtra hoc: q̄ secūdaria agentia mouēt ⁊ non solūmō p̄mū ita vt videt̄ secūdary fines debent mouere: ⁊ nō solūmō primū. dicendū q̄ nō sequit̄: quia causalitas finis nō est mouere: sed est dare appetibilitatē ⁊ bonitatem predicto modo: ⁊ ideo non sequitur q̄ illud q̄ est secūdario finis secūdario moueat: sed sufficit q̄ aliud moueat: vel possit mouere ad eius amorez vel q̄ amor de eo habeat̄ absq̄ motione: sicut pz de eo q̄ nō est in potentia ad amorē finis: nec eius q̄ est ad finē sicut de deo patet. Causalitas autē cāe efficiētis cōsistit in mor̄ effectiue: ⁊ ideo nō pōt cōpetere alicui qualitercūq̄ q̄ sit causa efficiens vel p̄maria vel secūdaria nisi moueat: ⁊ ideo nō est simile de causa finali ⁊ efficiente. ¶ Si autē querat̄ qūo in quocūq̄ genere cause nō ens possit esse causa entis. Dicendū q̄ in nullo genere cause non ens potest esse principalis causa entis. vnde oportz etiam in genere cause finalis ponere aliquē finem p̄ncipalem actu preexistentē omni ei q̄ ordinat̄ in ipsum: sz

secundarie cause finales possunt esse in potentia. ita q̄ ens in potētia pōt esse causa finalis secūdaria: q̄ aliqd pōt habere bonitatē ⁊ appetibilitatē ex hoc ipso q̄ est in potentia: vt per ipsum attingat̄ finis non existens: vnde p̄ bñdi finē per ipsum dat ei bonitatē: ⁊ per tale ens in potentia attingibile per ipsuz pōt esse causa finalis secūdaria antecq̄ sit in actu. vñ hoc est singulare in genere cause finalis q̄ sit ens in potentia: cū actuali intentione eius ad quā moueat principalis finis sit causa secundaria finalis eius qđ est ad finem. ¶ Ad sextū quando dicitur q̄ agens agit amore finis: vel q̄ finis est amore cuius agens agit. Dicendū q̄ non accipit̄ ibi amor pro actu appetitus sequente cognitionē existentē in appe^{tc}. Sed accipitur ibi pro appetitu naturali impsso ab agēte primo agente per voluntatē quibuslibet agentibus ⁊ mo^{bus} effectus suos in finem prestitum a p̄mo agente. ¶ Ad septimū dicendū q̄ illa ratio est valde friuola: q̄ amor ibi accipitur p̄ omni appetitu quo finis potest appeti: sed melius ponit̄ amor q̄ quecūq̄ alia passio: q̄ vel amor est qđaz cōe p̄dicabile de quacūq̄ passione: vt quidā dicunt: vel saltem nulla passio est sine ipso: q̄ q̄cqđ desiderat̄ vel delectat amat̄: ⁊ ideo in hoc includitur ⁊ desiderium ⁊ delectatio. ¶ Ad octauū dicendum q̄ ista rsp̄sio est bona. Ad illud qđ obycitur in oppositū dicēdū q̄ quando dr̄ aliqđ agens: vel primū: vel secundū agere propter finē: ly ꝓpter: nō dicit causalitatez finis respectu agentis: sed respectu effectus agentis. vñ quando dicimus deus agit propter finem: ly ꝓpter: nō portat causalitatē finalis respectu dei: sed respectu effectus eius: q̄n igitur dicitur q̄ secūdaria agentia sunt ꝓpter suos fines si intelligat̄ q̄ secūdaria agentia sint ꝓpter suos effectus: sicut ꝓpter suos fines falsuz est: quātum ad principalia agentia: q̄ p̄ncipale agens est nobilius suo effectu vel eque nobile: magis aūt nobile vl' eq̄ nobile non ordinat̄ ad minus nobile: vel eque nobile: sicut ad finē. Sed si intelligat̄ q̄ secūdaria agentia non solum non agant ꝓpter finē: sed etiā sunt ꝓpter aliquē finem q̄ sit cā finalis eoz̄: hoc etiam verū est: quodam ordine vt si dicamus q̄ vegetabilia agant ꝓpter sensibilia: ⁊ ista ꝓpter hominē: ⁊ hō ꝓpter deum. Sed non est verū q̄ aliqđ agens secundariū fit ꝓpter aliqđ cātū: sicut ꝓpter finem totalē. imo oīa sunt ꝓpter vltimū finē totalē qui est deus: ⁊ ideo si finis etiam effectiue causaret nō sequeretur q̄ aliqs finis causatus causaret. Itē etiā finis in eo q̄ finis: sicut ostensum fuit supra: non habet suam cālitatē in efficiendo: sicut nec forma: ⁊ ideo si aliqđ esset totaliter ꝓpter aliquē finē in genere cāe finalis nō sequeret̄ q̄ esset finis causarū: ⁊ vt sic: sed sequeretur q̄ esset aliqđ agens ei correspondēs: ⁊ ipsum intēdens q̄ causaret rez totalr̄ ordinatā in finē. ¶ Ad illđ autem q̄ postea addit̄ q̄ agens agit ꝓpter assimilationez ⁊c. Dicendū q̄ si illud intelligatur sic q̄ ignis agat ꝓpter assimilationē relōnis. valde friuolū est: q̄ nullū agens agit propter solā relationē cū minimū habeat de entitate ⁊ perfectione. Si etiā intelligat̄ q̄ ignis agat ꝓpter formā ignis generandi in qua sit assimilatio: sicut ꝓpter finem p̄ncipalem: adhuc etiā est falsum: q̄ eque nobilis est forma ignis generantis: sicut ignis generati. eque aūt nobile nō est ꝓpter eque nobile: sicut ꝓpter finē principalē: q̄ finis p̄ncipalis debet eē nobilior his que sunt ad finez: sed bñ verū est q̄ ignis agit ꝓpter formā ignis gñandi acq̄rendā: sicut ꝓpter finē sub fine: q̄ hoc ordinat̄ ad perfectionē speciei in ordine ad pfectionē vniuersi. ¶ Ad nonū dōm q̄ sicut supra dictuz est. amore finis ⁊ mā est subm formē: ⁊ forma informat materiā: ⁊ hoc nihil aliud est q̄z dicere q̄ causa finalis est cā materie mālis ⁊ formalis. Sed istō nō cōpetit simi: nisi inquātū aliqđ agens cū fine intēdens finē effectiue causaret mām ⁊ formā ⁊ subyceret vnū alteri. Illud aūt qđ ostensum est supra. contra hoc. ostensum fuit manifeste falsum ⁊ erroneum in fide ⁊ in phia: ⁊ sic patet in' gñali de causa finali ⁊ efficiente ⁊ de earū causalitate.

Nunc autē videndū in spāli qualiter se habeat causa finalis ⁊ efficiens: ⁊ primo quō se habēt p̄mum efficiens ⁊ vltimus finis. secūdo quō se habeāt secundary fines ⁊ secūdaria agentia ad primum agens ⁊ ad finem vltimū. tertio quomodo secundary fines ⁊ secundaria agentia se habeant inter se. ¶ Quantū ad primum pono duas cōclusiones. P̄rima est q̄ vltimus finis nō habeat cām efficientē: ⁊ per ꝓns est per se neče eē. Scōa cōclusio est q̄ p̄mū agens ⁊ vltimus finis sūt necessario idem. ¶ P̄rima cōclusio p̄z ex dictis: q̄ sicut supra ostensum est op̄z ponere aliquē finē extra omnez effectū cause efficientis. aliogn nō ois effectus cāe efficientis haberet cām finalem vel idez esset causa finalis suypsius: quoz̄ vtrūq̄ est impole: sed illud qđ est extra omnē effectū cause efficientis nō h̄z cām efficientē: ⁊ p̄ ꝓns est per se necesse esse. ergo op̄z ponere aliquē finez qui non h̄z cām efficientē: ⁊ est etiā per se necesse eē. Talis autem finis est vltimus finis ⁊ solus: quia finis non habens causam efficientē a quo fiat est finis non ordinatus ad alium finem vlteriorē: quia vt probatum est supra: qđ ordinatur ad alium finē a se habet causam efficientem: sed solus vltimus finis est huiō qui non ordinatur ad alium finem. ergo ⁊c. ¶ Secunda aūt cōclusio. scz q̄ primum agens ⁊ vltimus finis sint idē necessario p̄batur triplici medio. p̄mo sic: q̄ q̄cquid est aliō ab vltimo fine ordinat̄ in vltimū finem: sicut in causaz finalem: sed primum agens non habet causam finalem que sit causa finalis ipsius. ergo impossibile est q̄ primus agens sit aliud ab vltimo fine. ma. p̄z. q̄ oēs ponūt totum vniuersum ordinari in vnū finem vltimū: ⁊ per cō sequens q̄cqđ est aliud ab vltimo fine ordinat̄ ad ipsuz sicut ad cām finalem. mi. etiā faciliter p̄z: q̄ sicut supra ostensum est: quicquid habet causam finalem habz causam efficientē: sed primū efficiens non habet causaz efficientem: q̄ iam non esset primū efficiēs. ergo ⁊c. ¶ Secunda ratio talis est. P̄rimum efficiens aut agit amore sui vt vltimi finis: aut nō: si sic h̄ ꝓpositū. si nō. cōtra. q̄ oē agens qđ agit amore alterius a se: vt vltimi finis dependet in suo amore quo agit ab alio ꝓpter qđ vt ꝓpter finē agit. sed hoc est impossibile de amore quo primus agens agit: q̄ sicut probatum fuit in quadaz questione ordinaria: velle ⁊ intelligere primi agentis est per se necessaria esse. igitur impossibile est q̄ primū agens agat amore alteri^{9} a se vt vltimi finis. mi. p̄z. iam. ma. p̄bat: q̄ actus amandi necessario dependet a primo ⁊ per se obto: si obm est diuersum ab amore: q̄ remoto primo ⁊ per se obiecto actus amandi: oportet ipsum actū amādi cadere in non esse: sed id qđ agit amore alterius a se vt vltimi finis habet vt primo ⁊ per se obiectum amoris sui aliud a se. igitur omne agens qđ agit amore alterius a se vt vltimi finis dependet in amore suo ab alio a se: ⁊ sic patet maior. ¶ Tertia ratio est talis. Si p̄mū agens est aliud ab vltimo fine: quero vtrum dependeat in agendo ab vltimo fine: aut non: si non: tunc effectus primi agentis nihilominus esset posito fine vltimo vel non posito: sed illud qđ nihilominus est posito fine vel non posito: non dependet per se a causa finali: igitur effectus primi agentis non habet causam finalem per se.

qđ est falsum. ſi sic. sequitur q primum agens in essendo dependeat ab alio: quia illud cuius ratio actiua est sua subā a quo depēdet in agēdo: depēdet in essendo. sed vt dcm̄ est. rō actiua qua agit p̄mum agēs est sua substātia. igitur ſi p̄mum agēs dependet in agēdo ab alio: dependet ēt in essendo ab alio. Sed omne qđ depēdet ab alio habz cām efficientem. vt supra probatū est. ꝛ sic ꝑm hoc p̄mum agēs haberet cām efficientez: qđ est impoſſe. Et sic pz q p̄mum agēs ꝛ vltimus finis sint necessario idem. ¶ Quātum aūt ad ſcām. ſ. quomō secūdaria agētia ꝛ secūdary fines se hnt ad p̄muz agens: ꝛ ad vltimū finem: pz ex dictis: qz oīa reducūtur in p̄mum. ꝑm vtrūqz genus cālitatis. ſ. effectiue ꝛ finalis. qz quicqđ habet cām finalem habet cām efficiētem. ꝛ ecōuerſo. vt supra probatum est. Sed ois finis secundarius niſi haberet alium finē vltimiorem se: q esset finis eius: nō diceret finis secūdarius. nec simplr cā secūdaria effectiue. diceretur secūdaria niſi haberet cām effectiuam p̄orem se. igr oia alia a p̄mo reducent in p̄mum. sicut in p̄muz agens ꝛ vltimum finez. ¶ Sciēdum aūt q deus quādoqz dr agere ꝓpter finē alium a se. ꝛ tūc ly ꝓpter. dicit cālitatez finalem respectu effectus dei: ꝛ non respectu ipſius dei. Sicut quādo dicimus: q deus fecit celū ꝓpter electos: sicut pp finē. finis q est ipſius effectus est aliud ab agente. ſ. a deo. iſtum tū finē qui est aliud a deo: opz reduci in deum sicut in vltimum finē: qz deus facit electos ꝓpter se. Et econuerſo quādo dr: q homo agit ꝓpter deum. finis est aliud ab agēte secundario. qz homo dr agere ꝓpter deum: sicut ꝓpter finem. tamen p̄mum agēs in qđ oz reducere hoiez agētem ꝓpter finem: qui est deus: est idem cum fine ꝓpter quē agit homo quādo agit ꝓpter deum: qz homo nō potest agere ꝓpter istuz finez: niſi motus a deo. ¶ Quātum aūt ad tertium pertinens ad istum articulū. ſ. quomō secundaria agētia ꝛ secūdary fines se habent inter se. ꝓpono tres cōclusiones. Prima est. q effectus p̄ncipalis agētis nunqz potest cē finis p̄ncipalis eius. Scōa est: q effectus alicuius agentis p̄ncipalis cāti pōt esse ſubfinis ei⁹. Tertia est: q effect⁹ cāe instrālis pōt esse p̄ncipalis finis eius. ¶ Prima cōclusio pz sic: qz finis p̄ncipalis dz eē nobilior eo qđ est ad finē. sed nullus effectus est nobilior sua cā p̄ncipali. ergo ꝛc. ¶ Scōa cōclusio declarat sic. Ad cui⁹ euidētiaz sciēdū q ſubfinis dr finis determinatus in vltimiorē finē: qui tamē ſubfinis est nēcius ad assequēduz vltimiorē finē: sicut necessaria vite corporalis sunt necessaria ad vitaz ꝑfuosam agendū. ꝛ talis ſubfinis sic se hz in gñe cāe finalis: sicut se hz cā instrālis in gñe cāe efficiētis. Ex hoc ad ꝓpositus sic. hēre cām finalē ꝛ ſubfinem: nihil aliud est q̄ ordinari ad aliquē finem scōm necessariuz ad sequenduz finē p̄ncipalez. Sed nihil ꝓhibet aliqđ agēs p̄ncipale ordinari ad aliqd effectū a se: vt ad finē secūdario intentum necessariuz ad assequēdum p̄ncipalez finē. Sic dicimus q medicina vel medicus est ꝓpter sanitatem: qđ nō potest itelligi loquēdo de fine p̄ncipali: cum quecūqz cognitio itellectiua nobilior sit sanitate: ꝛ quocūqz alio accñte corporali. igr nihil ꝓhibet quādoqz agēs p̄ncipale ordinari ad ſuum effectū vt ad ſubfinē. ¶ Et cōfirmat̄ ista rō: qz sicut se habz cā instrālis in gñe cāe efficientis: sic se hz ſubfinis in gñe cause finalis. Sed nihil ꝓhibet aliqd minus nobile eē cām instrūmētalē alicui⁹ effectus nobilioris se. igit̄ ſlr nihil ꝓhibet in gñe cāe finalis aliqd per modū ſubfinis esse cām finalē alicuius nobilioris se. ꝛ per ꝛ̄s nihil ꝓhibet q effectus cāe p̄ncipalis sit ſubfinis eius: modo quo expoſitū est. Uñ norandū: q quādoqz dr aliqd esse ꝓpter aliud: sicut ꝓpter finez minus nobilē se. vt cum dicimus q ars medicine est ꝓpter sanitatē sicut ꝓpter finem. quę gdez ars medicine est multo nobilioz cr̄ sanitas. Non accipit̄ ibi finis pro p̄ncipali fine. ſz pro ſubfine: quo mediāte attingim⁹ ad p̄ncipalez finem: q est operari vtuose. Naz ſi accipereturs ars medicine ꝑm se: ꝛ sanitas ꝑm se non ordinādo in aliud ars medicine icompabilr est melioz ꝛ nobilioz sanitate: sicut pfectio itellect⁹ est nobilioz pfectione corporis. ¶ Tertia cōclusio pz sic. effectus cāe ſlr instrālis ē nobilioz cā ſlr instrūmētali saltē quādoqz. sed illō qđ est nobilius alio pōt eē p̄ncipalis finis eius. ergo ꝛc. Et sic patēt tres cōclusiones ꝓmiſſe.

Tertiū ꝓncipale qōnis

Aliqd acgri q actionez agentis pnoo modo i telligi potest.

Hunc tertio p̄ncipalr rñdendū ad qōnez: qua queritur. vtrum ois finis sit aliqd acgsitum per actionem agētis. ad qđ dico: q aliqd acgri per actionez agētis dupliciter pōt itelligi. Uno mō: q acgrat̄ per actionē agentis in se: vt qōdam productum per actionem eius. Alio modo q acgratur per actionē agentis. non gdem in se: sed huic: qz. ſ. ipſiuz ꝓcessūs acgritur huic. ſ. per hoc q hic mouetur vel ordinatur in ipſum ab agente. Accipiendo ergo p̄mo modo non ois finis respondēs agenti est aliqd acgsitum per actionez agētis. qz illud qđ nō habet causam effectiuā: nō est aliqd ꝓductum per actionem agentis. Sed sicut supra probatum est: opz ponere aliquem finē respondētem agenti: non habētē cām efficientem. ergo ꝛc. Si vero aliqd acgri per actionem agētis accipiatur secundo modo. ſ. acgsitū huic: sic ois finis est aliqd acquisitum per actionem agentis. qz sic. ſ. finez acgri nihil aliud est cr̄ id qđ est ad finem consequi finē: ꝑm q est ordinabile in ipſum. Sed nulla res que est ad finem consegtur finem: niſi aliquo agente ordināte eaz in finem effectiue. qz sicut probatum est: quicqđ habet causam finalem habet causam efficientem ordinātem ipſum in finem. ergo ꝛc. Unde non opz q finis intentus ab agente ſit effectum ab eo. imo potest esse aliqd preexistens actioni agentis: in qđ per actum agētis ordinātur illa que sunt in ipſum ordinabilia. Et sic pz ad quēstionem p̄ncipalem. ¶ Ad rōnem igitur in oppoſitum dōm. q vel ꝓbs logtur de finibus ꝓpter quos agūt agētia vt sint. ꝛ de talibus verum est q acgruntur per motum. ꝛ q non habentur niſi in termino motus. vel ſi loquitur vniuerſaliter de fine itelligendi est: q nō omnis finis ſit talis: q in senō ſit añ terminuz motus. quia vt ostensum est: aliquis finis est qui est per se necesse esse. sed itendit q omnis finis ſit talis. vel q acgritur in se in termino motus. sicut patz de sanitate. vel acquiritur huic in termino motus: ita q ly in se ſit ante motum: nō tamen acquiritur ei quod est ad finem ante terminum motus vel actionis. ꝛ quātum ad hoc potest intelligi ēt aliquo modo. q omnis finis est vltimuz in executione. non quidem q in se semper finis ſit vltimum in executione. Supra eni hoc reprobatū est. ſz acgsitio ei⁹ qđ est ad finez est vltimū in executione. Qō. II.

Arta hoc qđ tangit materiaz ſlr istam querebat vnū ſlz pertineat ad creaturam. Utrum. ſ. ēt in creatura causa efficiens ꝛ finalis ſint ſlbi cause inuicem. ꝛ arguebatur q ſic. qz ꝑm philoſophum scōo phy. ambulatio est cā effectiua ſanitatis: ꝛ ſanitas est causa finalis ambulationis. ergo ꝛc. Ter. cō. pa.

In contrariū est. qz ſi ſanitas esset causa ambulationis in aliquo gñe cause: tunc cū ſanitas nō ſit dum exercet ambulatio non esset causa entis. ꝛ idez ſegtur in oi fine qui est effe

etus in genere cause efficientis eius qō est ad finem. sed hoc est inconueniens. ergo ꝛc̄.

Respondeo circa questionem istam duo sunt ꝑncipaliꝛ faciēda. ꝓimum est respondere ad questionē. Secūdum est mouere quedam dubia ꝛ soluere. ¶ Solutio questionis ꝓz ex precedēti questione. nam sicut in precedēti probatū est: q̄ cā efficiens instrumentalis potest ordinari ad suum effectum sicut ad subfinem. sed ordinari ad aliqd sicut ad finem: vel sicut ad subfinem est ordinari ad illud sicut ad causam finalem secundariam vel ꝑncipalem. igitur quandoqz aliquid est causa efficiens eius qō est causa finalis ipsius. ꝛ sic mutuo sunt sibi cause. ¶ Alia etiam rōne potest idem probari sic. qz vnūquodqz entium est causa finalis alicuius: inquantum dat bonitatem ꝛ amabilitatem alteri in ordine ad ipm. Sed nihil ꝓhibet aliqdbre bonitatē ꝛ amabilitatē ex .B. q̄ bz ordinē ad .B. q̄ aliqd producatur per ipsum sicut per causam efficiētem. sicut ꝓz de potione ꝛ sanitate. qz ipsa potio habet bonitatem quādam: ꝛ amabilitatem in ordine ad sanitatem acquirendū per ipsam. quā non haberet si sanitas per ipsam non esset acquisibilis. imo ꝑm se esset horribilis. ꝛ precipue potio amara. ꝛ sic ꝓz de ꝑmo ꝑncipali.

Quantum ad secūdum sciēdum: q̄ hic sunt tria dubia. ꝓimum est: qō est cōmune huic questioni ꝛ ꝑcedēti. s. que est illa bonitas quā habz illud qō est ad finem ex ordine quem habet ad finem, qz aut ista bonitas est aliqua perfectio absoluta existēs in eo qō est ad finem. aut est ordo eius ad finem. Si ꝓmo modo tūc nō differt esse formaliꝛ bonum. ꝛ esse bonuz finaliꝛ per aliqd. ꝛ per ꝯsequēs nō differt causalitas formalis ꝛ finalis: si idem est finaliꝛ esse bonum per aliquid ꝛ esse bonum formaliꝛ. Si autē ponaꝛ q̄ illa bonitas sit ordo eius qō est ad finem ipsuz. Arguo cōtra hoc dupliꝛ. ꝓimo quia tūc bonitas ex fine est pura relatio. sed hoc est incōueniens: cum relatio non dicat aliquam perfectionem simpliꝛ. vel saltem vt multi dicūt nō dicit aliam perfectionem a fundamēto. ergo ꝛc̄. ¶ Secūdo: qz relatio eius qō est ad finem ad ipsum finem est formaliꝛ in eo q̄ est ad finem. Sed ꝑm te ista relatio est bonitas qua aliqd dr̄ bonuz. igit̄ bonitas qua aliqd dr̄ bonum finaliꝛ: est eadem bonitas: ꝛ per cōsequēs est eadez causalitas formalis ꝛ finalis: qō est incōueniēs. ¶ Secundum dubium est. qz sicut tactuz est in opponēdo nō ens esset causa entis: qō est incōueniens. ¶ Tertiuz dubium est: qz ꝑm hoc idem dependeret a seipso. qz qcquid dependet ab aliquo dependet ēt ab omnibus a quibus illud dependet. Sz ꝑm te finis dependet ab eo qō est ad finē sicut a causa efficiente. ꝛ illud qō est ad finem dependet a fine. igitur a ꝑmo ad vltimum: idem dependet a seipso: qō est incōueniēs. ¶ Si dicatur ad hoc q̄ nō eodē mō dependēt abinuicez. ꝛ iō nō est circulatio. nec ꝓ ꝓñs idē ꝓprie dependet a seipso. ¶ Cōtra. qz in agētibus que sunt sub ordine ad amorē finis: finis agit effectiue ad amorē ꝓ quē agit agēs. vbi. g. sanitas mouet ad amorē sui. sz vlterius amor ꝓ quē mouet finis effectiue cāt ipm finē. sicut cū per amorē sanitatis aliqs mediāte potione cāt effectiue sanitatē. ꝛ sic a ꝑmo ad vltimū finis: puta sanitas est cā effectiua sui. Et sic est circulatio in causis efficiētibꝫ: qō est incōueniēs. g̃ ꝛc̄. ¶ Ad ꝑmum istoꝝ dōm. q̄ illa bonitaꝫ qua aliqd qō ordinaꝛ ad finem dr̄ bonū finaliꝛ. nō est aliud q̄ bonitas ipsius finis. sicut nec entitas ꝓ quā aliqd est effectiue: est alia entitas ꝑter vtutem effectiuā ipsius agētis. Et per hoc ꝓz q̄ non semper per idem est aliqd bonuz formaliꝛ ꝛ finaliꝛ. ita q̄ illud qō est ad finē per id qō est in ipso formaliꝛ ordinabile in finē est bonū formaliꝛ. sed per finē finaliꝛ. sicut ēt in effectu cause agētis: effectus per illam entitatē que causata est ab efficiēte: ꝛ est in eo formaliꝛ est formaliꝛ ens. sed per cām efficiētez a qua hoc bz esse est effectiue ens. ¶ Ad secūduz dōm: q̄ illud qō est simpliꝛ nō ens: nec in re: nec in intentione alicuius. nō potest esse causa alicuius rei. Illud tñ qō nō est ens actu potest tamē esse: ꝛ est in intentione alicuius agētis: potest esse secūdaria causa in gñe finis. qz vnūquodqz est cā in genere finis ꝑm q̄ dat amabilitatem. nō solum autē ens actu dat amabilitatē: sed ēt ens poꝛe esse dare potest amabilitatem illi: per qō potest fieri: vel per qō potest attingi: siue effectiue siue subiue. In vtute finis tamē alicuius agētis in actu. qz ois finis non ens actu sed in potētia opz q̄ habeat suam causalitatez finalē ab aliquo fine ente actu. sicut patuit ex precedēte questione. Unde causalitas finis nō entis actu: est causalitas ꝑm qd respectu finis ꝑncipalis. ¶ Sed contra hoc obycit̄ dupliꝛ. ꝓimo. qz sicut est in causis efficiētibus: ita vr̄ esse in causis finalibus. sed in causis efficientibus nō ens non pōt eē cā secūdaria. ergo ꝛc̄. ¶ Scōo: qz cālitas finis in intentione nō dr̄t a cālitate effectiua. sz cālitatē finalem nō differre a cālitate effectiua est incōueniēs. ergo ꝛc̄. ¶ Ad ꝑmuz istoꝝ dōm: q̄ nō est idem q̃tuz ad hoc de fine ꝛ efficiēte: qz cālitas effectiua est influere actualitatē alicui: qō non pōt competere nisi enti in actu. Sed causalitas cause finalis est dare amabilitatem alicui: ita q̄ aliqd sit amabile ꝓp ipsum. nō solū aūt aliqd est amabile ꝓpter aliqd ens actu. sed ēt ꝓpter aliqd acgrenduz in posterū. ꝛ ideo aliqd qō poꝛe est esse in posteꝝ: sz nō sit ens in actu potest hr̄e cālitatez finalē. sz nō effectiue ꝛ effectiuā. ¶ Ad scōm dōm. q̄ dr̄t intentio finis ꝛ finis intentus. Nam intentio finis est actus voluntatis respectu finis. q actus in agēte per volūtatem ꝛ intellectum est causa effectiua: siue ꝑn̄ effectiuū. sed finis in hoc q̄ dat amabilitatē alicui amato ꝓpter ipsuz habz rōnem cālitatis finalis. ꝛ ideo qñ dr̄ q̄ cālitas cāe finalis in intentione est cālitas effectiua. falsum est: sz cālitas intentionis que est de fine sit cālitas effectiua. ¶ Sciendum est vlterius q̄ nihil ꝓhibet vtrāqz cālitatē: effectiuam. s. ꝛ finalē in idem cōcurrere per eēntiaz: ita q̄ idez per eēntiaz est efficiēs cā ꝛ finalis. vt ꝓz in ꝑmo agēte ꝛ vltio fine. nec .B. ē incōueniēs: q̄ cālitas formalis ꝛ finalis: ꝛ ēt effectiua icidūt in idē. Nā forma ꝑ quā aliqd est ens actu: est cā formalis ei⁹ ꝛ eadē forma est finis māe. ꝛ ipse motus ꝑ quem acgrit̄ est ēt ꝑn̄ effectiuuz per qō tale ens agit. ¶ Ad ꝫ̄ dōm: q̄ illa rñsio est bona: ꝛ ad illud qō obycit̄ in ꝯrariuz dōm: q̄ bonuz poꝛe nō ens actu nunq̄ mouet effectiue: sed aliquod bonū ens actu. ꝛ id positū ens actu mouet effectiue ad cognitionez sui: ꝛ ad cognitionē boni poꝛis: ꝛ amorez vtriusqz. v. g. finis exñs mouet patrē ad cognitionē boni: qō est ipse filius. ꝛ ad cognitionē sanitatis poꝛis: si ipse est actu infirmus. ꝛ ad amorē vtriusqz: ꝛ ꝑ amorē illum ꝑ vltra agit ad habendū remedia ꝑ sanitate acgrēda. Iste aūt finis q̄ preexistit non est aliquid effectiue ab eo qō est ad finem. ꝛ ideo nō est circulatio. ꝓper hoc ꝓz ad rationez factam in oppositum in obyciendo. Qō. III.

Nota diffinitionē finis ꝛ finē i tentum ꝛc̄.

Ostea querebantur quedam pertinentia ad creatorem tm̄. Et primo querebantur quedaz pertinētia ad essentiam: siue ad absolutuz. Secundo querebantur quedam pertinentia ad comparationem absoluti ad relatum. ¶ Quātum ad essentiam siue ad

absolutum ꝑmo querebaꝫ vnū pertinens ad essentiam in cōparatione ad itra. Secūdo querebantꝫ plura in cōparatione ad extra. ¶ Illud vnuz per comparationem ad intra est, vtrum ydea in deo se habeat in rōne obiecti cogniti: vel in rōne ꝑncipy elicitiui cognitionis. Et arguitur ꝙ non in rōne obiecti cogniti. qz illud obiectū cognitum qđ dr ydea: aut est res ꝓducibilis: aut nō. Si ꝑmo modo. contra: qz ydee sunt eterne. non aūt res producibilis. ergo ꝛc. Si secūdo mō. cōtra. qz cognitio illi⁹ obiecti nihil facit ad cognitionē rerum ꝓducibiliū: nec ad earum productionē: sicut nec ydee platonis: nec cognitio earum facit ad cognitionē rerum generabilium ꝛ corruptibilium. ergo ꝛc. ¶ Qz autem non se habeant in ratione principy elicitiui arguitur sic. quia non sunt plura principia elicitiua actus intelligendi. sed ydee in deo sunt plures. ergo ꝛc.

Respondeo ad euidentiam istius questionis tria sunt faciēda. Primum est videre vnde deus habeat ꝙ cognoscat omnia distincte. Secūdum videre qđ importatur noīe ydee. Tertium est videre de earum pluralitate.

Primus articulus. Vtrū cognosci distincte duplr ꝓtingat.

Quantum ad ꝑmum sciēdum: ꝙ aliqua videri vel cognosci distincte duplr est. Uno modo ex parte ipsius cognoscentis: siue ipsius cognitionis. Alio modo ex parte rei cognite. Primo mō videre plura distincte est videre plura plurib⁹ ꝛ diuersis cognitionibus. vt si ego cognoscerē equum vna cognitione: ꝛ asinū alia. ꝛ isto modo nō cognoscit res deus distincte. Nec habet distinctā cognitionez de rebus. qz oia nouit vnica sola cognitione. Cognoscere autē res distincte ex parte rei cognite: est cognoscere in spāli naturā vniuscuiusqz earum: per quā vna distinguit̄ ab alia. Et isto mō deus omnia nouit distincte: nō solum ꝓut distinguūtur specifice: sed ēt vt distinguuntur numeralr. qz vnūqđqz qꝫ ītuz ad suā entitatē individuā: qua distinguit̄ individualr ab alio nouit. Et de isto modo cognoscēdi res distincte: quer̄ quomō deus vnica cognitione sola nouit res ita distincte. Et ad hoc dico: ꝙ nec diuersitas ꝑncipy: nec diuersitas intelligendi actus erit rō: quare deus oia sic distincte itelligat. Et hoc ꝓbo vnica rōne sic. qz si distinctio hec vel illa facit ad cognitionez rerum predicto mō. aut distinctio est ꝼm rem: aut ꝼm rōnem tm̄. nō est distinctio ꝼm rem. qz in deo nulla ē distinctio vel diuersitas ꝼm rem absolutorū. Nec ēt ibi potest esse ꝑn⁹ ꝼm rez alicuius absoluti. vnde in deo non est ꝑncipium aliquod ꝓductiuuz ꝼm rem actus itelligēdi. ꝛ per ꝛ̄ns ꝑz ꝙ ꝼm rem ydee non sunt ꝑn⁹ in deo itelligēdi diuersa. nec ēt distinctio seu diuersitas ꝼm rōnem potest esse rō huiꝰ: lz ad hoc possit sequi distinctio rōnis: qz ens rationis nō potest esse ratio qđ aliqđ conueniat alicui realiter. sed deo cōuenit realr cognoscere oia distincte predicto modo. ergo ꝛc. ¶ Que est igit̄ rō quare deus cognoscit sic oia distincte? ¶ Dico ꝙ non vr̄ mihi alia rō querēda nisi eminētia cognitionis dine. qz. ſ. in ea continetur eminenter qcqd perfectionis continet̄ in alys cognitionib⁹: siue in cognitione quacūqz alia eate vel possibili. Dico aūt: qcqd perfectionis cōtinet̄ in alys cognitionibus. qz perfectionis est: ꝛ in generali ꝛ in particulari: vsqz ad vltima distinguētia cognoscere. Sed illa cognitio qua cognoscit̄ vnuz sic ꝙ nō cognoscat aliud est imperfectionis. Quādo autem dr̄: ꝙ qcqd perfectionis est in alys cognitionibus est in cognitione dina. itelligēdum est eminēter: qz ſ. cognitio diuina vna existens includit omnes alias: sed supereminēter. ꝛ ꝙ ista supereminentia perfectionis in cognitione diuina fit rō cognoscēdi omnia distincte ꝑdicto modo. ꝓbo vnica rōne sic. ¶ Qz ratio cognoscendi omnia distincte a deo. aut est aliqua diuersitas in cognitiōe diuina. aut predicta eminentia: qz alius modus non potest dari. non diuersitas aliqua in cognitione diuina. qz nec diuersitas rei nec rationis: vt probatum est. Relinquitur igitur ꝙ predicta eminētia sit ratio cognoscendi plura distincte. ¶ Sed contra hoc obyc̄itur triplr. Primo: qz eēntia diuina aut est ratio cognoscendi plura ꝼm ꝙ vna. aut ꝼm ꝙ aliquo modo plurificata. Non ꝼm ꝙ vna: qz vnum ꝼm ꝙ vnū non videtur esse ꝑncipium cognoscendi plura. Si scōm ꝙ aliquo modo plurificata: sequtur ꝙ aliqua distinctio rei vel rationis sit ratio cognoscendi plura distincte: qđ est ɔ̄ te. Si dicas ꝙ nec ꝼm ꝙ vna: nec ꝼz ꝙ plīficata ɔ̄. qz aut ꝼm ꝙ vna: aut ꝼm ꝙ non vna: non potest dici ꝙ ꝼm ꝙ vna. vt probatum est. sequitur ergo ꝙ ꝼm ꝙ non vna: quia alterum illorum opz dare vt videtur: cum vt videtur sit contradictio. Si autem essentia diuina est ratio cognoscendi multa ꝼm ꝙ nō vna. sequitur ꝙ sit ratio cognoscendi multa: ꝼm ꝙ importat multitudinem aliquam vel distintionem: ꝛ sic idem qđ prius. ¶ Secūdo sic. quia deus cognoscens equum: aut cognoscit equum cognitione adequata: aut excedente. Si dicas ꝙ cognitione adequata. tunc sequitur ꝙ illa cognitione deus non cognoscit nisi solum equum. ꝛ sic ad cognitionem aliorum opz ponere aliam cognitionē differētem re vel ratione. Sed hoc non esset nisi ad cognoscēdum aliquo mō requireret̄ aliqua pluralitas in cognitione. ergo ꝛc. Si dicas ꝙ cognitione excedēte: ita. ſ. ꝙ deus cognoscat equum cognitione in qua est excessus respectu cognitionis equi. iste excessus cognitionis respectu cognitionis equi videt̄ importare aliquā diuersitatez rei vel rōnis excedentis vel excessi. igitur ad cognoscēduz equū cognitione excedente: requritur aliqua diuersitas. ꝛ sic idē qđ ꝑius. ¶ Tertio sic. dicit Augustinus lib. 83. q. 46. q. ꝙ alia rōne cōditus est homo. ꝛ alia ratione cōditus est equus. sed hoc non esset: nisi ad cognoscenduz hominē ꝛ equum distincte requireretur aliqua distinctio rōnum cognoscendi in deo. ergo ꝛc. ¶ Ad ꝑmum illorum dicendum. ꝙ essentia diuina nec in eo ꝙ vna: nec in eo ꝙ plēs: ē ꝑn⁹ cognoscēdi plura. ɔ̄z in eo ꝙ eminēs. qz nec pluralitas rei que ibi eē nō potest: nec pluralitas rōnis est sibi ratio itelligendi multa: vt dictuz est. nec ēt vnitas q̄ītuz ad id qđ formalr importat. ſ. ꝓuationez diuisionis: sed predicta eminentia. Et quādo dr̄ vlterius: qz aut itelligit plura in eo ꝙ vna. aut in eo ꝙ nō vna. dico ꝙ neutra est vera: sicut nec est verum: ꝙ homo ambulet in eo ꝙ album. vel ꝙ ambulet in eo ꝙ non albuz. quia sicut albedo vel non albedo: non est causa homini ꝙ ambulet. ita vnum esse vel non vnum: non est ratio eēntie diuine ꝙ plura intelligat. Et quādo dicitur ꝙ imo. quia semper altera pars contradictionis est vera: ꝛ ista videntur opposita contradictorie. Dicendum ꝙ falsum est: quia vtraqz est affirmatiua cum predicato reduplicato negato. ¶ Et ideo sciendum: ꝙ in propositione habente predicatum reduplicatum: negatio potest fieri ad tria. Uno modo ad ipsam compositionē principalem. vt si dicatur. non currit homo in eo ꝙ albus. ꝛ tunc accipitur contradictio ad ꝓpositionez affirmatiuam reduplicātem. vnde altera istarum de necessitate semper est vera. homo currit in eo ꝙ albus. vel homo currit non in eo ꝙ albus. ꝛ ista habet duplicem causam veritatis. quia hominem non currere in eo ꝙ album potest esse verus: vel qz homo nō currit: ꝛ sic nō currit in eo ꝙ album: vel qz bō currit. sed nō currit per

Contra opinem doctoꝝ. Prima rō

Secūda rō.

Tertia rō.

Ad primū.

Nota. In propōne habēte ꝑdicatū reduplicatū negatio pōt fieri ad tria.

Nota. Nec ē rō ꝙ deꝰ oia distincte cognoscat

albedinem.ꝛ ideo non in eo ꝙ albus. ¶ Alio modo potest fieri negatio ad ipsam reduplicationē: vt.ſ. negetur causalitas reduplicationis respectu inherentie predicati ad subiectum. vt quando dicitur.homo currit:non in eo ꝙ alb⁹. ista ē affirmatiua: in qua attribuitur currere hoi.ſz negat̄ cālitas albedinis respetu inherētie cursus ad hoiez. ¶ Tertio mō p̄t fieri negō ad ꝺditionē reduplicatā manēte reduplicatiōe affirmata: vt ſi dicat̄.hō currit in eo ꝙ nō alb⁹:ꝛ tūc denotat̄ p̄dicatū ineē ſubiecto:ꝛ ꝙ negatio ꝺditiōis reduplicate ſit cā iherētie: vñ qñ dr̄:hō currit i eo ꝙ nō albus.ſensus ē:ꝙ cursus ꝓuenit hoi.ꝛ ꝙ nō eē albū ſit ſibi cā currēdi:qđ falſū ē. Sic ēt dico i ꝓpoſito:ꝙ iſte tres ꝓpōnes poſſunt accipi per ordinē. Prima ē iſta.nō itelligit de⁹ plura p eēntiā ſuā in eo ꝙ vna. Iſta p̄t bre duplicē itellectū. vnū.ſ.ꝙ de⁹ nō itelligat plura.ꝛ per ꝝ̄ non itelligit plura in eo ꝙ vnus.ꝛ iſte itellectus eſt falſus:qz deus itelligit plura. alium itellectū p̄t habere.ſ.ꝙ deus itelligat plura.ſed vnitas nō ſit ſibi ratio itelligēdi ea.ꝛ iſte itellectus eſt verus. ¶ Secūda ꝓpō eſt iſta.deus itelligit plā p eēntiam ſuā nō in eo ꝙ vna.ꝛ iſta habz vnū intellectū.ſ.ꝙ deus itelligit plura per eēntiā ſuā.ꝛ ꝙ vnitas nō ſit ſibi rō intelligēdi plura.ꝛ iſte itellectus eſt verus. ¶ Tertia ꝓpō eſt iſta.ſ.deus intelligit plura per eſſentiā ſuā in eo ꝙ nō vna.ita ꝙ negatio ſequat̄ reduplicationē:ꝛ habz vnum itellectū.ſ.ꝙ deus itelligat plura per eſſentiā ſuā eo ꝙ nō vnitas ſit ſibi ratio itelligēdi ea.ꝛ iſte itellect⁹ eſt falſus:vñ non opz ꝙ deus itelligat plura per eēntiaz ſuam.in eo ꝙ vna.vel in eo ꝙ nō vna.ſicut vt dictū eſt: ꝙ nō opz ꝙ bō currat in eo ꝙ albus:vel ꝙ currat in eo ꝙ nō albus:qz neutrū eſt ſibi cā currendi. ¶ Ad ſcōm dōm:ꝙ exceſſus in cognitione dīna:reſpcū equi vel alicui⁹ alteri⁹ p̄t dupl'r accipi. Uno mō ex pte cognitionis:ita.ſ.ꝙ in cognitione dīna ſit dare excedēs ꝛ exceſſum:ſic.ſ.ꝙ aliqua cognitio dīna excedat cognitionem dei de equo.iſto mō. In deo nō eſt dare cognitionē excedētē fm rē:ꝛ exceſſaz reſpcū cuiuſcūqz:ſz poſſit ibi accipi excedēs ꝛ exceſſum:fm rōnem itelligēdi tm̄:qđ nihil facit ad itelligēduz vnū vel plura. ¶ Alio mō p̄t accipi ibi exceſſus ex pte rei cognite. vt qñ dr̄:ꝙ de⁹ cognoſcat equū cognitione excedēte:ſit ſensus.ꝙ deus cognoſcat illa:cognitione qua cognoſcit equū.ꝛ nō ſolū equuz: ſed multa alia ꝛ in ſpāli.ꝛ iſto mō:deus cognoſcit equuz cognitione excedēte:qz.ſ.cognitio ſe extēdit ad plura q̄z ſit equus. ¶ Ad 3ᵐ dōm:ꝙ qñ dicit beat⁹ Auguſtinus. ꝙ alia rōne cōditus ē equus:alia rōne cōditus ē homo. dupl'r poteſt intelligi. Uno mō.ꝙ diuerſitas relationis iter cognitionē dei de equo:ꝛ de hoie:ſit ſibi rō intelligēdi equum:ꝛ hoiez in ſpāli:ꝛ ēt efficiēdi. Et iſte ſenſus vī mihi falſus.nec credo ꝙ ſic intellexerit Auguſtinus.qz ens rōnis nihil facit ad ens reale. Alio mō p̄t intelligi: qđ dicat̄ deus alia rōne cognoſcere vel cōdere equuz.ꝛ alia rōne cōdere vel cognoſcere hoiez. qz ſua eēntia eſt ſibi rō cognoſcēdi vtrūqz ꝛ ꝺcendi.ēt in eo ꝙ ē ductiua in cognitionē alterius ꝛ alterius in ſpāli. Et iſte ſenſus ē verus.qz niſi haberet de eis cognitionē vt ſint diſtincte res ꝛ abſolute abinuicem:nō faceret talia diuerſa. ¶ Sz ſi vlterius deducatur per quid eēntia diuina cognoſcit talia vt diſcreta. Dicam ꝙ nō per eēntiam ſuaz in eo ꝙ plura re vel rōne. ſed in eo ꝙ eſt eminēs talis cognitio qualis dicta eſt ſupra.

Scōs artic⁹ ſue ꝓncipal'. in q̄ agit qđ ſit ydea.

Quantum ad ſecundum ꝓncipale.ſ. qđ ſit ydea ſunt gnqz opiniones.quarum ꝓmas quatuor nō credo eſſe veras. Prima eſt.ꝙ ydea ſit ipſa quiditas creature cognita ab itellectu diuino. Et hoc ꝓbatur dupliciter rōne. Prima talis ē. ydee de gbus logmur ſunt plures.ſed in itellectu diuino cognoſcēte creaturas non poteſt eſſe alia pluralitas ex parte ſua: ſed ſolum ex parte creature cognite.ergo ꝛc. ¶ Secūda talis eſt.quia cognitio vel quiditas vniuſcuiuſqz rei eſt illud per qđ vnaqueqz res ꝓpria cognitione cognoſcit: tunc enim cognoſcimus vnūquodqz ꝓpria cognitione.quādo ꝙ qđ eſt eius cognoſcimus.ſed illud in deo dr̄ ydea:per qđ vnaqueqz creatura ꝓpria cognitione cognoſcitur. ergo ꝛc. ¶ Sed iſtam opinionē credo eſſe falſaz. ꝛ eius falſitatē oſtēdo duplici rōne breui. Primo ſic.qz creatura cognita nō eſt eterna.ſed ydee fm Auguſtinum ſunt eterne.ergo ꝛc. Maior p̄z.qz quero qd itelligis per eſſe cognitum creature.qz aut itelligis per eſſe cognituz cognitionem dei de creatura.ꝛ tūc ſequit̄ ꝙ creatura non eſt eterna: ſed cognitio dei de ea: aut intelligis per eſſe cognitū eſſe creature:qđ deus nouit:ꝛ tale eſſe nō ē eternum:qz nullū reale extra deū eſt eternū. Aut itelligis ꝙ eſſe cognitū habitudinē rōnis: que eſt iter creaturā cognitā ꝛ deū cognoſcentē. Et iſta habitudo nō ē creatura cognita: qz creatura nō dic̄ habitudinē rōnis. nec ēt talis habitudo p̄t eē ydea. Et iō nō p̄t dici: ꝙ aliqd ex pte creature ſit eternū:qđ poſſit dici ydea. ¶ Secūdo ſic. fm beatū Auguſtinū ydea eſt p̄nᵐ ꝓducendi creaturā. ſed creatura cognita vel nō cognita nō eſt p̄nᵐ ꝓducē di ſeipſam.ergo ꝛc. ¶ Ad p̄mum in oppoſitū dicēdum: ꝙ pluralitas ydearū eſt pluralitas fm rōnē:nō fm rez. ꝛ talis pluralitas poteſt eſſe in deo. ¶ Ad ſcōm dicēdū: ꝙ ratio per quā vnūquodqz cognoſcit̄ cognitōe ꝓpria: ſicut per mediū per qđ aliquid cognoſcit̄:nō eſt ſemper ꝺditas rei cognite. Naz aliqd cognoſcit̄ per aliquid informās itellectuz ſicut per ſpēm fm ponētes ſpēs. Aliquid ēt cognoſcit̄ per aliud: ꝓut vna res cognita ducit in cognitionē alterius.ſicut quādo cognoſcimus effectū per cauſam. vel ecōuerſo. ꝛ tunc illud qđ cognoſcit̄ per alterum:nō cognoſcit̄ per ꝺditatez ſuā imediate. Et iſto modo ydeatū cognoſcit̄ per ydeam. Et ideo non opz ꝙ ꝺditas creature ſit illud qđ cognoſcit̄ ſicut per ydeam. licz vnūquodqz non cognoſcat̄ cognitione ꝓpria: niſi quādo cognoſcit̄ quātuz ad ſuū qđ qd eſt:ſz nō ſemp qđ qd eſt ſit illud per qđ imediate cognoſcit̄. ¶ Secūda opīo eſt que dicit.ꝙ ydea eſt actus itelligēdi. Et hoc ꝓbat dupliciter rōne. ¶ Prima rō talis ē. ydea eſt rō rei cognite:cuius eſt ydea apud itellectuz. ſed rō rei apud intellectuz nihil aliud eſt q̄z actus itelligēdi. q̄ ꝛc. ¶ Secunda talis eſt:ydea eſt illud per qđ agens per itellectū ꝛ voluntatē producit ydeatum. ſed nihil eſt apud agēs per itellectuz ꝛ volūtatez:per qđ rem ꝓducat niſi actus itelligendi:ꝛ actus volēdi. ergo ydea vel eſt actus itelligendi vel volēdi:ſed nō eſt actus volendi:vt de ſe pz. ergo ꝛc. ¶ Iſtam opinionē non credo eſſe verāz. Et hoc oſtēdo vnica breui rōne. Qz ydea eſt exemplar:ad cuius imitationē artifex producit alterū. ſed exēplar ad cuius imitationē artifex agit:nō eſt actus itelligēdi eius. Nō enim dicimus ꝙ exēplar fm cuius imitationē pictor facit imaginē:vel ſcriptor facit libz:ſit ipſius actus itelligendi. ergo ꝛc. Hoc aūt non ideo dico quin ydea in deo realr̄ ſit actus itelligendi:qz ydea in deo eſt idez per eēntiam:qđ p̄muz obm itellectū ꝛ actus itelligendi. ¶ Ad p̄mum in oppoſitū dicēduz:ꝙ rō rei apud itellectuz nō ſolum eſt actus itelligendi. ſed etiā aliquod exēplar ducens in cognitionem rei exemplate ꝛ etiam ſpecies itelligibilis fm opinionem ponētium ſpecies. ¶ Ad ſcōm dicēdum:ꝙ ydea eſt illud per qđ agens per itellectum ꝛ voluntatem agit: non ſicut per actum intelligendi et

Prīa opīo q̄ vī icon p̄ ſen. di.35.q.pma

Cōtra pmaz opionem.

Scōa opīo.

Cōtra.

volendi.ſed ſicut per exẽplai mouens ad intelligendũ.

Tertia opio. ¶ Tertia opinio eſt:que ponit:ꝙ ydea formaliꝝ eſt reſpectus. ⁊ hoc ꝓbaꝫ vnica tali rõne.qꝛ ydea i deo:aut dicit reſpetum:aut abſolutũ. Non abſolutũ:qꝛ in deo ſunt plures ydee:⁊ nõ ſunt plura abſoluta. relinqtur igiꝫ ꝙ dicat reſpectum. ¶ Sed nec iſta opio vꝝ mihi vera.⁊ hoc ꝓbo duplici rõne. ꝓmo:qꝛ ipſi ponũt ydeam eſſe p̃n̄m ⁊ cãm ydeati.ſz reſpectus formaliꝝ nõ bz rõnem p̃n̄cipij vel cãe.ḡ ⁊c. ¶ Scõa rõ talis eſt. Ad cꝰ euidẽtiam ſciẽduz:ꝙ iſti ponũt:ꝙ ydea nõ eſt p̃n̄m itelligẽdi.eſt tñ p̃n̄m ⁊ cã ydeate rei. Cõtra quod ſic arguo. qꝛ in agẽte per itellm ⁊ voluntatẽ nihil eſt p̃n̄m vel cã effectus:niſi velle ⁊ itellre.⁊ illud qõ eſt cã iſtoꝝ.qꝛ illud qõ eſt cã cãe:eſt cã cauſati in ꝓ ſe ordinatis.Sz ſm eos ydea non eſt cã itelligẽdi vel volẽdi.igiꝫ nõ eſt cã ydeati ſiue ꝓducti per itellm ⁊ volũtatẽ:qõ eſt cõ eos. ¶ Ad rõnẽ in oppoſitũ dõz:ꝙ ydea dicit ꝙd abſolutũ.Et ad illũ qõ dr̃ in cõtrariũz.Dõm ꝙ ſicut in deo nõ ſunt plia abſoluta ſm rez: ita nec p̃t eſſe plex reſpectus ſm rẽ: niſi reſpectus originis:ꝙ nõ ſũt reſpectus ydeales. Et ſiꝯ p̃t ibi plex eẽ reſpectus ſm rõnẽ.ita p̃t ibi eẽ plia abſoluta ſm rõnẽ. plitas aũt ydeaꝫ eſt plitas nõ ſm rem:ſz ſolũ ſm rõnẽ.

Quarta opio.⁊ eſt Bi rardi. ¶ Quarta opio eſt:q̃ ponit:ꝙ eẽntia dina ſm rõnẽ abſolutã:qua eſt talis eẽntia:eſt ydea.Et hoc ꝓbaꝫ duplr. ꝓmo ſic.qꝛ eſſentia dina eſt ydea: ꝓput pfecte repñtat deũ:⁊ oia alia.ſz hoc cõpetit ſibi ſm rõnẽ abſolutã:qua eſt talis eſſentia.ḡ ⁊c. ꝓbõ mi.qꝛ repñtare ſic oia aut cõpetit ſibi ſm rõnẽ abſolutã:aut ſm rõnẽ reſpectiuã.nõ ſz rõnẽ reſpectiuã.vt de ſe pz.ḡ ⁊c. ¶ Scõo ſic.qꝛ ydea eſt p̃n̄m ydeati.ſz bñ conuenit eẽntie dine ſz rõnẽ abſolutã. ḡ ⁊c. ꝓbõ mi.qꝛ aut cõpetit ſibi ſz rõnẽ abſolutã:aut ſz rõnem reſpectiuã.nõ zmõ.qꝛ relatio nõ eſt p̃n̄m vel cã alterius.ḡ ⁊c. ¶ Jſta ẽt opio nõ vꝝ mihi vera vt ponit. Et hoc ꝓbo vnica rõne:q̃ talis eſt.qꝛ eẽntia dina aut ſz eãdez rõnẽ eſt rõ cognoſcẽdi ſeipſam:⁊ cognoſcẽdi creaturã.aut ſm aliã.Si ſm eãdez rõnẽ tũc arguo.qꝛ eſſentia dina eſt rõ cognoſcẽdi creaturã vt ydea.ſz ſm te ſm eãdez rõnẽ eſt rõ cognoſcẽdi ſeipſaz ⁊ creaturã: vt ydea. ḡ ipſa eſt rõ cognoſcẽdi ſeipſam.⁊ ſic reꝰ eẽntie erit ydea in deo.qõ eſt abſurdũ. ¶ Ad bñ dñt ꝙ tenẽt ꝓdictã opionem zr.ꝓ ꝙ nõ ſeqr̃ ꝙ ſi ſm eãdez rõnem eſt eẽntia dina rõ cognoſcẽdi ſe ⁊ alia.⁊ eſt ydea ꝓput eſt rõ cognoſcẽdi alia.ꝙ ſit reꝰ ipſius ſui.qꝛ vt dñt non ſeqr̃:ꝙ ſi iſte canis eſt pater:⁊ eſt tuus:qõ ꝓpter bñ ſit pr̃ tuus. ¶ Sz iſta rñſio penitus nulla eſt.qꝛ ſi per eãdez rẽ ⁊ rõnẽ oino aliqd eſſet tua poſſeſſio:⁊ tuus pr̃:ita ꝙ eadez rõ tuitatis:vt ita liceat loq:eẽt vtrobiqz:nõ poſſet eẽ tuus pr̃: gn eſſet tua poſſeſſio.⁊ eõ.ſicut ipoſle eſt idẽ nõ eſſe idẽ: vel ſm rem ſi ſit idẽ ſm rem.vel ſm rõnẽ:ſi ſit idẽ ſm rõnez. ¶ Et ad bñ adhuc dicũt:ꝙ nõ eſt ſile de tua poſſeſſione:⁊ de tuo pñe reꝰcanis.⁊ de rõne repñtandi eẽntiaz dinã:⁊ creaturã in deo.qꝛ vt dcñ eſt.eſſe tuũ vt patrem:⁊ eſſe tuũ vt poſſeſſionẽ:nõ eſt idem ſm rem. ſz in deo eſſe repñtatiuũ dine eẽntie et creature:eſt oino idẽ ſm rẽ. ¶ Sed nec bñ rñ̃ valz.qꝛ hic nõ querit̃ de diſtinctione ſm rem iter ydeã ⁊ aliqd aliud exñs in deo.puta repñtatiuũ eẽntie dine:⁊ repñtatiuũ creature.Sz queritur de dr̃ia rõnis que eſt iter repñtatiuũ eſſentie dine: ⁊ repñtatiuũ creature.Et ſi nulla dr̃ia eſt ſm rõnẽ cum ſub rõne ydee ſit repñtatiua creature: oz ꝙ ſub ratione ydee ſit repñtatiua ſuiipſius.Si aũt eſt dr̃ia ſm rõnem iter vtrũqz repñtatiuũ querit̃ que eſt rõ ydee per quaz ſm rõnem diſtinguit̃ a repñtatiuo eẽntie dine. ¶ Et ſi dicas ꝙ ſm rõnem abſolutã:que eſt talis eẽntia.ſ.eſſentia diuina abſolute.hoc eſt ipoſle ſm te:qꝛ ſm te.ſm hãc rõnem eſt ratio repzeſentãdi ſeipſam.⁊ ſic rõ ydee non differt a rõne repñtandi eſſentie diuine. Et ſic vlterius ẽt ſequtur cõcluſio ꝑncipalis:ꝙ eẽntia diuina vt ydea eſt repñtatiua ſuiipſius. ¶ Scõo rñdent dõo:ꝙ nõ eſt inconueniẽs dicere::ꝙ eſſentia diuina repñtans eſt ydea ſuiipſius:inquãtuz ipſa relucet in ſeipſa.⁊ ſic vt ydea repzeſentat ſeipſaz.Sed iſta reſpõſio nõ valet ꝓpter duo. ꝓmo qdẽ:qꝛ lz glibet poſſit vti noibus ſicut placet:⁊ vocare ydeas qõcũqz obiectũ cognitũ. bic tñ nõ loquimur de ydea qualꝛcunqz equoce dicta.ſcd de ydea ꝓut dicit aliqd diuerſuz ab ydeato:⁊ eſt p̃n̄m ipſi⁹ ꝓductiuũ ſm rez.ſed hoc eſt ipoſle cõuenire eſſentie diuine reſpcũ ſuiipſius.qꝛ ipoſle eſt ipſam differre re a ſeipſa: vel eẽ ꝑncipiuz ⁊ cãm ſuiipſius. ¶ Scõo:qꝛ non oẽ illud in quo aliqd relucet qualꝛcũqz dr̃ ydea relucẽtis.nã ſic cuz oẽ qõ itelligiꝫ reluceat in ſeipſo vel in alio.oẽ qõ itelligitur itelligereẽ per ydeã.⁊ oẽ etiam qõ itelligiꝫ per ſeipſum ⁊ nõ per aliud:eẽt ydea ſuiipſius:quoꝝ vtrũqz eſt incõuenies.⁊ iõ neutra ꝑdictaꝝ rõnuz valet. ¶ Tertio poſſet dici ad hoc:ꝙ eẽntia diuina que eſt repñtatiua duoꝝ oboꝝ.ſ.ſui ⁊ creature.vt eſt repñtatiua obi qõ eſt creatura:dr̃ ydea:nõ aũt vt ẽ repñtatiua ſui. ¶ Jſtud aũt licz verũ ſit:non ſatisfacit tamẽ qõni.qꝛ nõ reddit cãm quare magis dicaꝫ ydea vt eſt repñtatiua vnius obti: q̃ vt eſt repñtatiua alterius. ¶ Quinta opio:quã credo eſſe verã eſt:ꝙ lz in deo nulla ſit diſtinctio ſm rez niſi inter ꝓſonas ⁊ relatiões originis.Tñ accipiẽdo ydeã ꝓut ratione diſtinguit̃ ab alys que ſunt in deo.Dico ꝙ ydea ẽ eſſentia diuina ꝓut in ea relucet aliud a ſe ꝑducibile ad imitationẽ.ſ.ipſi⁹:ſiue magis ꝓꝛie:vt monet ad cognitionẽ talis relucẽtis in ea. ¶ Ad cuius euidẽtiam ſciendũz:ꝙ ydea eſt idẽ qõ forma exẽplaris ſiue exemplar. Exẽplar autẽ ꝓꝛie reſpicit ſciaz artificis:vt artifex eſt. ¶ Circa ſcire aũt ⁊ itelligere abſolute ſm ponẽtes ſpẽs eſt conſiderare ſex.Et hoc dico qñ itellectus mouet̃ ab obo ad itelligendũ.nam ibi eſt ꝑmo obm ꝑmũ ipzimẽs ſuã ſpem.Secũdo eſt ibi ipſa ſpes ipreſſa.Tertio eſt ibi actus itelligẽdi.Quarto eſt ibi cõſiderare ipſum obm ꝑmũ vt itellectum in ſe.Quinto eſt ibi cõſiderare obm ꝑmũ: ꝓput ducit in cognitionẽ alterius relucẽtis in ipſuz ſiue cognoſcibilis per ipm.vt quãdo vna res cognita ducit in cognitionẽ alterius.Sexto eſt ibi cognitio qua cognoſcit̃ tale obm ducere in cognitionẽ alterius:vt quãdo itellectus reflectit̃ ſup cognitionẽ ſuam. Scõm aũt nõ ponẽtes ſpẽm:nõ ſunt ibi niſi gnqz.ſ.obm: ꝓput preintelligiꝫ ante oẽm cognitionẽ vt mouẽs ad actum itelligendi.Scõm eſt actus g eſt reſpectu ꝑmi talis obi.Tertium eſt ibi cõſiderare ipſum obiectũ vt in ſe cognituz. Quartũ eſt cõſiderare ipſum obiectuz vt mouẽs ad cognitionẽ alteri⁹ relucẽtis.Quintũ eſt ibi cõſiderare cauſalitatẽ ipſius obiecti ꝑmi:in monẽdo ad cognitionẽ ſecundi.vt quãdo itellectus reflectitur ſup ſuum actum. Modo nõ oẽ ducẽs in cognitionẽ alterius qualitercũqz relucẽtis in ipſum eſt ydea eius:ſed opz ꝙ relucẽs in ipſo ſit ꝑducibile ad imitationẽ eius. ⁊ hoc pz in artifice creato:applicãdo predicta ad ſcientiã artificis. Nam quãdo aliqs artifex facit aliqd ad exemplar alterius:illud exemplar ad cuius imitationẽ alterũ debz fieri:nõ dicitur ipſum obiectũ: ꝓput mouet ad cognitionez ſui in ſe.qꝛ ſic qõlibet obiectũ mouens ad cognitionẽ ſui eſſet exemplar ſuiipſius:qõ eſt falſum.nec ẽt actus itelligendi dr̃ exemplar vt ſic:nõ qꝛ forma ad quã aſpiciẽs agẽs per itellectũ agit dr̃ exẽplar.ſz ipm reſpicere ſiue itelligere quo aſpicitur ſiue itelligitur nõ eſt forma. ergo ⁊c. nec etiam ipſum tale obiectum vt in ſe intelligitur habz

Contra.

Contra.

Quinta opio ⁊ ẽ doctorũ Gide.ſ.Tho. in ꝑma ꝑte ſũme.q.15.a.2.

Nõ.quid ſit ydea ſm mẽtem doctoris ſtus.

rationem ydee vel exemplaris. Nec etiã cognoscere. qz hoc qđ ducit in cognitionẽ alteri⁹ est exẽplar siue ydea. si obm vt in se itelligiť: vel ipsum cognoscere non ducit in cognitionẽ alterius. ergo nullum cognoscere est exẽplar. ¶ Relingtur ergo ꝙ obm p̃mum: put mouet ad cognitionẽ alterius relucẽtis in ipso: est exemplar siue ydea. sed nõ oẽ tale. sed illud solũ mouens ad cognitionem alterius relucẽtis in ipso, pducibilis ad imitationẽ eius. Unde imago ad quam pictor aspiciens facit imaginem aliam ad eius imitationẽ: dr̃ exemplar: siue ydea respectu illius alterius imaginis facte ad eius imitationem. Et simil̃r de libro respectu scriptoris scribẽtis vnũ librum ad imitationem alterius. Sic igitur applicando ad propositũ videť mihi ꝙ sicut exemplar siue ydea: qđ idem est in generali: dicit obiectum mouens ad cognitionem alterius relucentis in ipso qđ producitur ad imitationem ipsius. Ita in deo specialr essentia diuina iam preintellecta vt p̃mum obm: prout fm nostrum modũ itelligendi mouet ad cognitionem creaturarũ relucentium in ipsa: z producibiliũ ad imitationẽ eius est ydea: prout ydea rõne distinguitur ab alijs que sunt in deo. ¶ Uñ sciendum: ꝙ scõm negãtes spẽs in itellectu scõz ponẽtes solum actũ itelligẽdi: de quibus facta est mentio supra: in processu itellectus diuini fm rõnem posui gnqz. Primũ fuit ipsa essentia diuina: vt precedẽs oẽm actum itelligendi mouens ad cognitionẽ sui. Secũduz fuit. ipsa essentia diuina vt itellecta in se. Tertium fuit ipsa vt obm itellectum p̃mum eliciens actum itelligendi creaturam relucẽtem in se: z pducibilez ad imitationem ipsius. Quartum fuit. ipsa creatura itellecta. Quintum fuit. itelligere ipsam essentiam diuinam vt est tale exemplar siue talis ydea: z ipsam creaturam vt qđam ydeatũ. Et dixi ꝙ vt cõpetit sibi p̃mum vel scõm nõ est ydea. sed vt cõpetit sibi tertiũ: sic est ydea: ita ꝙ tertiuz iportat formalr ydee rõnem in deo. Quartũ z gntũ nõ dicunt formalr ydeã. qz creatura itellecta non est ydea. vt dcm̃ est. Quintuz ẽt qđ pertinet ad cognitionez ydee nõ est ydea. qz cognitio ydee nõ est ydea. Ita ꝙ tertiũ: ꝛ sit ydea formalr: nõ tm̃ in scõo vel in tertio cognoscit ydea vt ydea. Et posui exẽpluz q̃tum ad ꝓpositũ pertinet. Qz fumus ducẽs ad cognitionez ignis p̃mo mouet ad cognitionẽ sui. 2º motione facta iam est in se cognit⁹. Tertio ducit in cognitionẽ ignis: sicut effectus ducit in cognitionẽ cause. Quarto est ignis cognitus. Quũto vo: qñ itellectus reflectit sup actum suũ cognoscit fumum fuisse cãm cognoscẽdi ignez: qđ nõ oz ad hoc ꝙ fumus sit medium cognoscẽdi ignem: qđ pertinet ad 3m: qđ cognoscať ipsum tale esse mediũ. ¶ Cõtra ista obycitur a gbusdã multiplr ꝛtra hoc p̃mo qđ dr̃: ꝙ essentia diuina est ydea: put in ea relucẽt alia. qz esse illud in quo relucent alia videť importare quãdaz imitabilitatem. z per ꝛñs quẽdaz respectum. sed ydea nõ dicit respectum formalr: ẽt fm me. igit̃ videť ꝙ male dicať ꝙ ydea sit illõ in quo relucẽt alia. ¶ Scõo sic. qz in 3º nõ accipit̃ ydea vt ydea. sed accipere ydeã vt non ydeã: est accipe ipsam nõ formalr: qz vnũ qđqz formalr accipe est accipe ipm vt est tale. puta ydeaz vt ydeã. igit̃ in tertio non accipit̃ ydea vt ydea. Et hoc est ꝛtra me: ꝙ pono ꝙ 3m dicit formalr ydeaz. qđ aũt in tertio non accipit̃ formalr ydea. pbať: qz vt dicũt in 3º nõ cognoscit̃ ydea vt ydea: ꝛ solum in 5º. sed cognoscere ydeã vt ydeã: est accipe ydeaz vt ydeã. g̃ in solo gnto accipit̃ ydea. put ydea. Et vlteri⁹ concludunt: ꝙ p̃n̄ cognoscẽdi qđ accipit̃ in tertio non est formalr ydea. ¶ Tertio: qz videtur fm põnez meã: ꝙ tertiuz z gntũ non differũt. qz fm me in 3º accipitur ydea formalr. z per ꝛñs accipit̃ vt ydea. z simil̃r in gnto accipitur vt ydea. ꝛ ydea formalr accepta nõ differt ab ydea accepta formalr. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. qz put dr̃ in gnto: ydea formalr accepta nõ potest itelligi sine ydea to. sed illud qđ nõ potest itelligi sine alio dicit formalr illud. ergo dicit ydea formalr respectum. z hoc est cõtra me. ¶ Quinto sic. qz vt videtur si est aliqua dr̃ia iter tertiũ z gntum: vt videtur: nõ potest accipi nisi fm absolutũ z relatuz. ita ꝙ in 3º dicat absolutũ: qđ est p̃nm cognoscẽdi. sed in 5º dicat relonẽ ydee ad ydeatuz. ꝛ vt dictũ est in 5º accipit̃ ydea formalr. z sic ydea dicit formalr respectiuũ. z sic idem qđ p̃us. ¶ Sexto sic. qz ens rõnis nihil facit ad eẽ reale. nec p ꝛñs ad hoc ꝙ sit p̃nm cognoscẽdi. Sz ydea vt vr̃ dicit ens rõnis: cũ sint plures ydee in deo. z plitates ydeaꝝ nõ p̃nt esse nisi fm rõnẽ. g̃ ꝛc. ¶ Ad p̃muz istoꝝ dõm. ꝙ imitabilitas põt accipi 2r. Uno mõ ꝓ relone imitãtis z imitati. z isto mõ oẽ illud in quo alia relucẽt nõ dicit imitationẽ. Alio mõ põt accipi imitabilitas ꝓ forma: q̃ est fundamẽtũ talis imitabilitatis: in q̃ fit imitatio. z talis imitabilitas nõ dicit respectũ: imo dicit formã absolutã. z isto mõ. oẽ illõ in q̃ alia relucẽt dic̃ imitabilitatẽ. Et exm̃ bº põt accipi ỏ silitudine: q̃ silr aliqñ accipit̃ pro relone formalr. z aliqñ ꝓ forº in qua fundať talis relo. Uñ ẽt z spẽs itelligibilis q̃ dic̃ formã absolutã: dr̃ silitudo rei cuiº est silitudo q̃ formalr accepta nõ dicit relonẽ. ¶ Ad 2m dõz: ꝙ ytrobiqz accipit̃ ydea formalr. ſ. in 3º z in 5º. ſz in 3º accipit̃ ydea formalr fm eẽ. in 5º aũt fm cognosci. Nam ex ꝺ qđ est tale p̃nm sic mouẽs est formalr ydea in eẽ. ſz nõ oz ꝙ tũc cognoscať vt ydea. In quinto aũt accipit̃ ydea fm cognosci. qz 5m est qñ cognoscit̃ tale p̃nm vt est ydea. ¶ Ad illõ aũt qđ obycit̃ ꝛtra hoc. qz. ſ. cognoscere ydeã vt ydeã: ẽ accipere ydeã vt ydeaz. Dõm: ꝙ cognoscere sic ydeam: est accipere ydeã vt ydeam fm cognosci. Sed nõ seq̃t ꝙ ydea nõ possit esse vt ydea: anteq̃ cognoscať. ¶ Contra istam rñsionem obycit̃. qz illud qđ est mediũ cognoscẽdi nõ põt cognosci: nisi cognoscať sub rõne medij. Et vt est causa cognoscẽdi. sed fm te ydea est mediũ cognoscendi. z illud mediuz est p̃us cognituz fm te: q̃ sit medium: vel causa cognoscẽdi. qz fm te vnum obm cognitum vt est p̃nꝰ ducendi in cognitionẽ alterius est ydea. igit̃ simul sunt ista duo. ſ. ydea vt ydea: z ydea cognita z per ꝛñs tertiuz z gntũ sunt simul. Probatio maioris. qz mediũ demr̃ationis pp qđ fm plm. ꝑ posteriuz est qñ nõ solũ cognoscimus causaz in se. sed qñ est cã eius qđ concludit̃. sed cognoscere medium qñ illius est causa: ẽ cognoscere mediuz vt mediũ. ergo nõ põt cognosci illõ qđ ẽ mediũ cognoscẽdi: nisi cognoscať vt me tale. ¶ Ad illud dico: ꝙ maior est falsa. nõ. n. oz qñ aliqs cognoscat vnã rẽ per aliã que ẽ mediũ cognoscẽdi: sic aliqs cognoscit ꝑ fumũ cognitũ ignẽ ꝙ statim cognoscat ipm ẽ tale mediũ: vt ducẽs in cognitionẽ ignis. Multi eni rustici videntes fumũ: z ex hoc ꝛiecturãtes ignẽ esse ibi nõ aduertũt fumũ esse mediuz mouẽs ad cognitionẽ ignis. ¶ Ad pbationẽ aũt huius facile est respõdere. nã qñ dicit pbs ꝙ in demõstratione ꝓpter qđ: oꝑz cognoscere nõ solũ cãm: ſz qñ illius est cã. Dõz ꝙ nõ itellr de cã cognoscẽdi: put cã est mediũ cognoscẽdi: sed itellr de cã cẽndi. vñ in demr̃atione ꝛcludẽte ꝙ aliqđ coꝛp⁹ graue descẽdit deoꝛsuz, ꝓpter grauitatẽ: nõ sufficit cognoscere grauitatẽ in se. ſz oꝑz cognoscere ꝙ grauitas sit cã istius descẽsus in eẽ. nec tũc oz ꝙ ꝺ cognoscẽs cognoscat grauitatẽ eẽ cãm siue rõnẽ mouẽtez ad cognitionẽ descensus. qz multi cognoscũt p̃muz: nõ aduertẽtes de secũdo. ¶ Sed ꝛtra hoc obycit̃. qz ſz de eo cuius ratio non est

Quarta rõ.

Quinta rõ.

Sexta rõ.

Ad primũ.

Cõtra opinionem doc. Prima rõ.

Scõa rõ.

Tertia rõ.

eē medium cognoscēdi possit eē verum ꝙ possit cognoscī nō vt medium cognoscēdi.tamē de isto cuius rō est eē medium cognoscēdi non pōt cognosci nisi vt mediū cognoscēdi. ¶ Et ad hoc dico:ꝙ ꝛ3 medium cognoscendi:vel illud cuius rō est eē medium cognoscēdi: nō possit cognosci nisi.ſ.vt mediū cognoscēdi tñ mediū cognoscēdi pōt eē medium.ꝛ nō cognosci vt mediuꝫ cognoscēdi.qz sicut alie res possunt eē ꝛ nō cognosci:ita medium potest eē medium:ꝛ non cognosci ſub rōne medy. Hoc est enim cōmune oibꝫ ꝛ medio cognoscēdi ꝛ alys:ꝙ nō possunt cognosci fm rōnem ppriam:ꝛ nō cognoscantur fm ꝙ talia sunt formalr.sed nō opꝫ ꝙ sequaꝫ.ꝙ si sunt talia formalr ꝙ cognoscanꝫ talia eē formalr. ¶ Et si dicaꝫ ꝙ imo de illis quoꝝ eē est in cognosci. Ad hoc dico ꝑmo:ꝙ rō medy cognoscēdi non est in cognosci:ꝛ3 in facere cognoscere alteꝝ:nec oꝫ ꝙ facere cognoscere alteꝝ statim cognoscaꝫ cum est. Dico ēt ꝙ nec illa quoꝫuꝫ est rō in cognosci.ſ.ꝙ sit cognitio:qua cognoscīt alteruꝫ:de necessitate congnoscuntur quando sunt. Aliogn quādo aliquod obiectum ꝑmum cognoscīt: sequeretur ꝙ eius cognitione sibi respondēte actu reflexo cognoscaꝫ ante primum. ¶ Ad tertium dicēdum.ꝙ tertium ꝛ quintuꝫ differunt:sicut eē rei ꝛ eius cognitio. Unde in tertio accipitur ydea formalr fm esse. In quinto autem accipiꝫ fm cognosci formalr. siue eius cognitio qua cognoscīt eius formalitas.ſ.ydea vt ydea. ¶ Ad quartum dicenduꝫ.ꝙ minoꝫ est falsa.accipiēdo relationē siue respectū formalr.qz multa sunt que nō possunt itelligi sine inuicem que nō dicunt relationem formalr. sicut potētia ꝛ actus.ꝛ sicut materia non potest itelligi ab itellectu nostro:sine habitudine ad formā. ¶ Ex hoc pꝫ ad gntuꝫ. qz dria tertꝫ ꝛ quarti nō est fm absolutum ꝛ relatuꝫ.ſ3 est fm esse ꝛ cognosci eiusdē rei absolute.qz in 3°accipiꝫ esse ydee.in 5°vo eius cognitio ¶ Ad 6m odum:ꝙ sicut in diuinis nō est plitas ydeaꝝ fm rem: imo nec aliqua plitas est ibi fm rē:nisi plitas relonuꝫ originis. Ita etiā nec est ibi ꝑnm cognoscēdi fm rem. Et iō in diuinis non est ydea realr vt ꝑnm cognoscēdi. ¶ Quid igīt in dinis est ydea realr? Dico ꝙ i dinis eēntia dina est realr ꝛ cognitio ꝛ obꝫ cognitū. Et oia alia a deo relucēt in eēntia dina:vt in q̄dā cognitiōe.ꝛvt i obo cognito. ¶ Ex tū igr ad ꝶ ē i dinis realr ydea:qz alia ab ipa relucēt i ea vt i obo cognito;ꝛ vt ꝓducibilia ad imutationē aliq̄lez ipsi°. Sꝫ hic nō q̄rīt quō differat ydea ab eēntia dina realr. Nec ēt querīt que sit rō ydee per quā differat realr ab alys que sunt realr in deo. Sꝫ querīt que sit rō ydee:per quā fm rōnez dr̄ ab alys que sunt in deo:ꝛ que sibi competūt:in illis in qbus ꝑnm cognoscēdi:vel exēplar dr̄ a cognitiōe. ¶ Etiā forma arguēdi nulla est.qñ dr̄. ꝙ ydea dicit ens rōnis.qz in deo sūt plēs ydee: que nō plēs pñt esse nisi fm rōnem qz isto mō posset concludi ꝙ sapia ꝛ iustitia dei sunt entia fm rōnem. qz ista in deo sunt plā fm rōnem tñ. Uñ differt aliquaesse in deo realr.ꝛ eoꝝ plitas formalr esse in deo formalr.qz in deo realr est sapiētia:iustitia:ꝛ bonitas. Sꝫ eoꝝ plitas siue distictio nō est in deo realr. Sicr essentia dina est ydea equi:ꝛ ydea bois ꝛ asini realr.nō accipiēdo ydeaꝫ pro ꝑn° cognoscēdi:sed pro eo in quo:sicut in aliquo cognito relucēt alia ꝓducibilia ad imitationē eius.qz eēntia dina nō est fm rem ꝑnm alicuius cognitionis quam habeat de se:vel de alio. qz talis cognitio nulla est cā vel ꝑnm. Et ex hoc pꝫ qūo ydea ꝟuenit deo fm rem.ꝛ qūo nō. qz si accipiaꝫ ꝙ eo in quo sicut in obo cognito alia relucēt ꝓducibilia ad imitationē eius.sic ydea est in deo realr.ꝛ non tñ plitas ydearum est in deo realiter.

Quantum ad 3m principale.ſ. vnde pluralitas ydearum fm rōnem hēat ortū. Uidetur mihi ꝙ dria rōnis tam in ydeis ꝙ in alys semper accipiꝫ per compationē ad diuersa re.ꝛ talis diuersitas segtur res formalr.put obiue sunt in itellectu. Et iō videt mihi ꝙ essentia dina put accipitur in 3° modo non ꝑportat diuersitatē ydearum formalr:sed solū fundamē talr. Sed in gnto:put essentia itelligīt vt ydea huiꝰ vel illius est ibi plitas rei:in q̄tum.ſ.itellectui dino obyciꝫ: vt qōdaꝫ cognitū respiciēs alia diuersa:a qbus hꝫ diuersas rōnes. ¶ Sꝫ cōtra ꝶ pōt obyci duplr.qz fm hoc:vt videt:deus nō itelligeret plā:qz prehabꝫ plēs ydeas illoꝝ.imo eꝰ.qz itelligit plura hꝫ plēs ydeas de eis:qō vr incōueniēs. ¶ Scōo sic.qz sil hꝫ vnūqōqꝫ esse:ꝛ vnitatē vel plitatem.sed vt dcm̄ est:ydea hꝫ eē formalr in 3° g̃ ꝛc. ¶ Ad ꝑmuꝫ istoꝝ dōm:ꝙ est ꝯsiderare ydeam:ꝛ ydee plitatē. Si igīt ꝯsideremus absolute ydeā: put.ſ. eēntia dina dr̄ ydea,put in ipsa:sicut in obo cognito relucet aliqd ꝓducibile ad imitationē eiꝰ.sic accipiēdo.non iō deus hꝫ ydeā:qz cognoscit alia.imo eꝰ.qz.ſ. hꝫ talem ydeā.ideo cognoscit Dr autē per hāc cognoscat plura nihil facit plitas rei q̄ ibi nō ē.nec plitas rōnis. sic dcm̄ ē. ſ3 tm̄ ad ꝶ fac̄ ſnpeminētia istiꝰ repītatiui.vt supra dcm̄ est. Dico igīt:ꝙ ꝛ3 deus iō cognoscat res:qz hꝫ ydeā:vel tale repītatiuū:nō tm̄ cognoscit plā vt plā. qz est distinctio rōnis iter ista.imo eꝰ. Uñ non hēo pro incōueniēti ꝙ cognitio diuersoꝝ alioꝝ a deo:sit rō plitatis fm rōnē in ydeis. ¶ Ad 2m dōm:ꝙ ꝛ3 sil'tpe hēat res eē ꝛ vnitatem ꝛ plitatē:tm̄ forte aliqs diceret ꝙ ꝑius est ꝯsiderare rē fꝫ eēntiā absolute:q̄ fm eiꝰ vnitatē vl plitatē. Quicqd aūt sit de ordine ipsius rei q̄tū ad suā vnitatē vl plitatē:q̄tuꝫ ad suū esse reale:q̄tum tm̄ ad esse rōnis nihil ꝓhibꝫ reꝫ p̄cedere suā plitatē ꝛ vnitatē fm eē rōnis.nā illō pōt p̄cedere ad scōꝫ eē rōnis:qō pōt eē obiue i itellu sine alio.ꝛ nō eꝰ.nūc aūt ens vel rei vl rōnis possumus ꝯsiderare:nō ꝯsiderata eiꝰ vnitate vl plitate. ¶ Ad qō nem igīt:qñ q̄rīt.vtruꝫ ydea se hēat in deo:in rōne obti cogniti:vel in rōne ꝑncipy elicitiui. Dico ꝙ accipiendo ydeā q̄tuꝫ ad eē qō hꝫ in deo fm rē.ꝙ ydea nō se hꝫ in rōne ꝑncipy elicitiui:nō iō soluꝫ.qz ponunt in deo plēs ydee. Sed ēt qz cognitio dina nullū ꝑnm hꝫ fm reꝫ. Sꝫ ydea dicit ibi obm cognitū in quo.sic in obo cognito relucēt alia ꝓducibilia ad imitatōez eiꝰ. ¶ Et qñ obyciꝫ in ꝛiuꝫ:ꝙ cognitio alteriꝰ obi:qō est aliō a creatura nō facit ad cognitionē creature:sic nec ydea plonis. ¶ Dico ꝙ imo.dūmodo creature relucēat in illo obto:qō est aliud a creatura.nam vna res bñ ducit in cognitionē alterius rei. Nec ēt est simile de ydeis platonis:accipiendo eas sicut Arist.ponit sibi.qz in illis ydeis nō relucebant gnābilia ꝛ corruptibilia. Si autē accipiaꝫ ydea ꝑut fm rōnez distinguīt ab alys que sunt in deo.sic se hꝫ ꝛ in rōne obi cogniti:ꝛ in rōne ꝑncipy cognoscendi:qz se habꝫ in rōne ꝑmi obi mouentis ad cognitionē alterius relucentis in ipsa.ꝛ producibilis ad imitationē eius. Et hoc ꝓbo duplici rōne.quaruꝫ ꝑma talis est.qz ydea aut dicit obiectum ꝑmum:vt monēs ad ſpēm.aut dicit speciem ipressam.aut actum itelligendi.aut ipsum obiectū primum prout est in se cognitum. aut obiectum ꝑmum prout mouet ad cognitionem alterius relucentis in ipsa producibilis ad imitationem eius.aut obiectum secundarium sic in ipsa relucens:non ꝑmum: quia tunc omne illud qō imediate ipimeret suam ſpēm esset ydea. qō falsum est. Itē ipsa essentia diuina vt mouet fm rōnem ad cognitionē sui eēt ydea suiipsius. qō sicr est falsum.nec ſcōm.qz nullus ponit ſpēm esse ydeā.nec 3m.qz

Tertꝰ articulus ꝑncipaꝫ. Ad qd ponatur ydearum plitas.vidꝰ Iohannez de bacchone. ꝑmo ſen.di.36.ar. 3.q.1. Et vide ibi ſpugnāt opionis doctoris illiꝰ ꝶ.

supra oñsum est: ꝙ actus itelligẽdi nõ est ydea. nec ꝫ. qz ẽt supra oñsum est: ꝙ creatura que est ydeata nõ est ydea. Relingtur igit quarta. s. ꝙ essentia diuina: put ẽ pceitellecta mouẽs ſm rõnẽ ad cognitionẽ alterius relucentis in ipsa, pducibilis ad imitationẽ eius sit ydea. ¶ Scda talis est. qz sic se habz ydea: put distinguitur ab alys que sunt in deo ſm rõnem. Sicut se hz exẽplar ad artificẽ creatũ. Sed exẽplar dr illõ qõ mouet ad cognitionẽ alicuius alterius relucẽtis aliquo mõ in ipo pducibilis ad imaginẽ eius. igit ꝛc. ¶ Ad illud qõ obycitur in cõtrariuz: qñ dr ꝙ ydee sunt plures. ꝛ in deo nõ sunt plura ꝑn⁹ cognoscẽdi. Dõm ꝙ in deo nõ est aliqõ ꝑn⁹ cognoscendi ſm rez: nec vnũ nec plura. Et sicut ibi potest accipi ꝑn⁹ cognoscẽdi ſm rõnem. ita possunt ibi accipi plura ꝑn⁹ cognoscẽdi ſm rõnem. ꝛ plures cognitiones. ¶ Ad rõnem quarte opionis qñ dr ꝙ eẽntia diuina aut ẽ ydea sub rõne absoluti: aut sub rõne respectiui. Dico ꝙ absoluũ dupl'r accipit. Uno mõ put distinguit ↄtra respectiuũ. put dicim⁹ ꝙ hõ dicit aligd absolutũ: ꝛ pater dicit respectiuũ. Alio mõ dr absolutuz: put accipit cõtra cõtractum vel determinatũ. put dicimus ꝙ aial absolute cõsideratũ vel acceptũ: nõ significat hominẽ vel equũ. ꝛ aial sic absolute cõsideratũ distinguit cõtra hoiem ꝛ equum ↄtrahẽtia ipsum. Et ẽt ↄtra seipz vt ↄtractum per hoc vel per illud: ꝛ absolutuz sic dcñ. et ẽt cõtractum ꝛ cõtrahentia dicunt absoluta. put absolutũ distinguit ↄtra respectiuũ. Qñ igit dr. eẽntia diuina. aut est ydea sub rõne absoluti: vel sub rõne respectiui. Dõm ꝙ sub rõne absoluti: put absolutum distinguit ↄtra respectũ. sed accipiẽdo absolutũ put distinguit cõtra ↄtractum vel determinatũ isto mõ. Essentia diuina est ydea: nõ sub rõne absoluti. i. nõ sub rõne indeterminati. imo est ydea ſm rõnem terminatã absolutaz: put absolutũ distiguit ↄtra respectiuũ. aliogn nec re nec rõne distingueret ab essentia diuina: vt repntatiua ipsius dei. vt deductũ est. Unde illa rõ ꝛ eius ꝓbationes peccant per illã equocationẽ de absoluto. Qõ. IIII.

Absolutũ dupl'r sumi pot.

POstea querebant quedam de po⁹ dei in cõpatione ad extra. Et ꝓmo querebat vnũ in generali. ꝛ postea querebant duo in spali. Illud vnuz quesitum in gnali est. Utz si deus ageret de necessitate nature oia de necessitate euenirẽt. Et arguebat ꝙ sic. qz posita cã sufficiẽt non ipedibili agente de necessitate: necessario ponit effectus. Sed deus est cã sufficiens oiuz: ꝛ nõ ipedibilis: ꝛ ſm hypotesim ponitur agere de necessitate nature. ergo ꝛc.

In contrariũ est. qz posito ꝙ deus ageret de necessitate nãe: adhuc in deo esset agere per modũ nãe: ꝛ per modũ voluntatis: qz in eo esset nã ꝛ volũtas. Sed in agẽte per volũtatez nõ oz ponere ꝙ posita cã ponat effectus. ergo ꝛc.

Respondeo ad euidẽtiaz istius qõnis. duo sũt ꝓncipal'r faciẽda. Primũ est premittere quedam que valẽt ad declarationem ꝓpositi. Scõm est rñdere ad ꝓpositum. ¶ Quãtum ad ꝑmum premitto tria. Primũ est videre quomõ itelligat deus agere de necessitate nature.

Deus agere ex necessitate nãe duobus modis potest intelligi.

Circa qõ sciendum est: ꝙ deum agere de necessitate nãe dupl'r potest itelligi. Uno mõ ꝙ dicitur agere de nẽcitate nãe: qz agit per nãm: vt preueniẽs velle ꝛ itelligere. ita. s. ꝙ non agat per velle ꝛ itelligere. sed per aliqõ añs ad ista. Sicut homo dr agere de necessitate nãe in digerẽdo cibum: qõ sibi non competit per velle ꝛ itelligere. Et isto mõ nullus posuit deũ agere de necessitate nãe. Et loquor de illis qui per ꝓbiam venerunt in cognitionẽ dei. Qz oẽs ꝓbi ꝙ venerunt in cognitionẽ diuine cãlitatis: posuerũt deum esse cãm agentez per itellectum ꝛ volũtatez. sed tale agens agit per velle ꝛ itelligere. ergo ꝛc. ¶ Alio mõ potest itelligi deuz agere de necessitate nãe. qz. s. necessario vult res creare: precipue illas que imediate ꝓcedũt ab eo. Ad qõ velle ſm ꝓbos segtur effectus volitus. mõ quo exponetur statiz qd est necessario velle. ꝛ isto mõ posuerũt alig ꝓbi deũ agere de necessitate nãe. ¶ Scõm est oñdere qñ aligd dr velle aligd nẽcio. qũo pñt ibi ẽ diuersi sensus. ¶ Et ita qõ sciendus: ꝙ qñ aliqs dr aligd velle necessario põt tripl'r itelligi. Uno mõ. ꝙ necessitas ferat ad actuz volendi. vt sit sensus: ꝙ iste vult illud actu volẽdi q est necessarius in se. Et isto mõ accipiẽdo quicquid vult deus vult necessario. i. actu volẽdi: q ẽ necessarius in se. Alio modo põt referri necessitas ad rem volitã vt sit sensus: qñ dr. iste vult hoc necessario. i. vult rez istam hẽre esse nẽcium. sicut ego possuz velle deum hẽre eẽ necessariũ. Tertio modo. põt ferri necessitas ad ipsam habitudinẽ volẽtis ad ipsum volitũ. ꝛ tunc est sensus. iste vult ꝫ necessario. i. vult hoc: ꝛ non põt nõ velle hoc. vel nõ põt habere habitudinẽ nolẽtis ad hoc vt ad nolitũ. Et iste modus nẽcitatis ptinet ad ꝓpositum. Uñ qñ dr: ꝙ deum agere de nẽcitate nãe. si hoc ei cõueniret: ẽt vellet illa q facit necessario eẽ ꝛ fieri. accipit hic necessitas: put fertur ad habitudinẽ volentis ad volitum. ita. s. ꝙ si deus ageret de necessitate: hoc ideo eẽt. qz. s. vellet ea que facit facere: ꝛ nõ posset non velle hoc. sicut nõ põt nõ velle bonitatẽ suam. ¶ Tertium est ostẽdere: ꝙ aliud est velle nẽcio contingẽtiã cãe in cãndo: ꝛ cõtingentiã effectus in hñdo eẽ a cã. ꝛ velle simpl'r necessario cãz cãre: ꝛ effectum simpl'r eẽ. Et hoc accipiẽdo velle necessario ꝫ modo. Nã cum volũtate volẽte nẽcario cõtingẽtiam cãe in agẽdo. ꝛ ↄtingẽtiaz effectus in eẽndo. dato ꝙ voluntas eẽt talis: ꝙ ad ipsam de necessitate sequat volitum: stat ꝙ cã contingẽter agat. ꝛ non nẽcio. ꝛ ꝙ effect⁹ ↄtingẽter est ꝛ non nẽcario: qz cuz tali volũtate stat gequid stat cum nẽcitate contingẽtie. qz ista volũtas non vult nẽcario nisi contingẽtiam. Sed cum ↄtingẽtia cãe in cãndo: ꝛ contingẽtia nẽcaria stat ꝙ cõtingẽter agit ꝛ non nẽcario. ꝛ effectus contingẽter est. ꝛ nõ necessario. qz non ois cã cui cõuenit de nẽcitate posse agere: de necessitate agit. ergo ꝛc. Sz cum voluntate volẽte simpl'r nẽcio cãm agere. ꝛ volẽte simpl'r necessario effectuz eẽ. si sic talis voluntas ad quã de necessitate seq̃tur volitũ. non põt stare ꝙ cã contingẽter agat: vel ꝙ effectus cõtingẽtie sit: qz cum tali volũtate non põt stare ꝙ cã non agat: vel ꝙ effectus nõ sit. Sz si cã contingẽter ageret. vel effectus cõtingẽter eẽt. cã posset non agere: ꝛ effect⁹ non eẽ. ergo ꝛc.

Quantum aũt ad ꝛᵐ ꝓncipale. s. vtrũ si de⁹ ageret de nẽcitate nãe. oia ẽ necessitate euenirẽt. Dõm ꝙ cuz deuz agere de nẽcitate nãe sit idẽ qõ velle nẽcio creare res: quarum est cã: ꝛ dare eis esse. dupl'r põt itelligi. Uno modo. ꝙ deus oia alia a se velit necessario cãre ꝛ dare eis eẽ. ita ꝙ quodlibet in se velit necessario absolute eẽ. Alio modo: ꝙ ipse deus ista que imediate ꝓcedũt ab eo: velit nẽcario creare: ꝛ dare eis eẽ. ꝛ velit ea necessario hẽre habitudinẽ contingentem in cãndo. Si ꝓmo modo accipiat hypotesis: sic oia de necessitate euenirẽt. qz posita cã sufficiẽti in cãndo ꝛ nõ ipedibili: ꝛ volũtate: necessario de necessitate segtur volitum. Sed ſm ꝑmum itellm hypotesis ponit ꝙ deus

Aliqd velle nẽcio tripl'r põt itelligi.

necessario velit omnia alia a se causare ⁊ dare eis esse ⁊ q̄libet in se. ergo stante tali hipothesi omnia de necessitate euenirent. Si secūdo modo: nō sequit̄ q̄ oīa de necessitate eueniant: q̄ velle necessario causam habere cō tingentiā in agendo: non infert necessario nisi contingē tiam cāe in agendo. Sed cum necessitate contingentie cause in agēdo stat q̄ causa non necessario agat: ⁊ q̄ effe ctus non necessario sit: vt supra ostensum est. igitur po sito deum agere de necessitate nature. isto modo nō seq tur q̄ omnia de necessitate eueniant. ¶ Aliter pōt for mari ratio ad istam partē sic: q̄ ab agente per volunta tem ⁊ intellectum quantūcūq; velit necessario: nō proce dit effectus nisi taliter qualiter vult tale agens effectus ab eo procedere. Sed accipiendo fm intellectus hipo thesis: deus vult aliqua ꝓcedere a se me^bus causis secū dis contingenter: q̄ ponitur q̄ vult contingentiā cau sarū istarū secundarū in agendo. ergo stante hipothesi fm istū intellectū aliqua procedunt a deo mediātibus causis secundis cōtingēter: sed q̄ō procedit cōtingenter nō euenit necessario. igitur ⁊c. ⁊ isto modo: vt credo: po suerunt pīi deū agere de necessitate: ⁊ voluerunt cum hoc saluare cōtingētiā in rebus: q̄ ea que procedūt im mediate ab eo necessario voluit causare abeterno. Item fm eos necessario voluit causas secūdas habere habi tudinem cōtingentē in agendo: ⁊ ex hoc volebāt salua re cōtingentiā in rebus cū necessaria voluntate dei: qa contingentia causarū in agendo est necessaria: licz age re non sit necessarium. Sed vna difficultas iminebat eis circa quā fuit multipl̄r erratū: vtrū. s. deus vellet nō solum necessariā cōtingentiā secundarū causarū in agē do: sed etiā vellet ipsum effectū contingentē esse deter minate: an solum vellet contingentiā istarū secundarū causarū. nō autē determinate vellet effectum cōtingen tem esse. ita scz q̄ voluntas diuina determinaret̄ deter minate ad esse effectus cōtingentis: vel etiaz ad nō esse vt ad volitū: ⁊ quocūq; istorū posito videbāt̄ sequi icō ueniens: q̄ posito primo sequebāt̄ q̄ omne volitū vo luntate necessaria esset cōtingens: ⁊ posset esse aliter q̄ꝫ sit volitū. Ad q̄ō sequebāt̄ q̄ volūtas dei esset iefficax: ⁊ q̄ cōtra voluntatē dei posset aliquid fieri. Scōo autē posito sequebāt̄ q̄ causalitas voluntatis diuine non se extendebat vsq; ad vltimos effectus contingentes: q̄ causalitas agentis per intellectū ⁊ voluntatē nō se extē dit nisi ad cognitum ⁊ volitum. ¶ Et dato q̄ intellect^9 humanus nō possit satisfacere illis difficultatib^9: tū fa cilius posset euadi ꝑia difficultas q̄ꝫ scōa. Nā pōt dici ad primam difficultatē q̄ non sequit̄ q̄ si effectus dei est contingens q̄ possit aliq̄d fieri ꝓtra volūtatē suā: q̄ dato q̄ nō sit necessitas ab^ia inter effectū dei ⁊ eius vo luntatem: est tamen necessitas ꝯsequentie: ita q̄ si deus vult hoc supposito necessario sequtur effectus: ⁊ hoc suffi cit ad hoc q̄ nihil fiat cōtra voluntatē suā ⁊ ad hoc q̄ illud q̄ō vult fieri infallibiliter fiat: nec tamē antecedēs est necessariuz necessitate absoluta: nec ꝯsequens: ita q̄ in sensu diuiso: deus potest non velle q̄ō vult. licz in sen su composito: deus non possit velle ⁊ cuz hoc simul nol le: nec hoc ideo est: q̄ actus volendi dei in se non sit ne cessarius: sed q̄ habitudo eius ad volitum causatuz: nō est causa necessaria: nisi ex suppositione: supposito scz q̄ velit. ¶ Et ex his potest aliquo modo ostendi probabi litas fidei nostre ad hoc q̄ ponit deum agere non neces sitate nature: sed libero arbitrio: quia si manente imu tabilitate volūtatis diuine fm pōs potest habere effe ctum contingentez mediantibus secundis causis: quia scz vult necessario fm eos causas secundas habere con tingentiam in agendo: cum quo stat cōtingentia effect^9 in esse: ⁊ per cōsequens cū imutabilitate voluntatis di uine non minus poterit dici vt videt̄ deum velle neces sario se contingēter agere: ita q̄ se posse agere vellet ne cessario: non tamen necessario agat: nec effectus eius i mediatus necessario eueniat: q̄ cum necessitate eius q̄ est posse agere siue cum necessitate contingentie in agē do: stat q̄ effectus simpl̄r sit cōtingens. imo necessario sequitur ita. s. q̄ in actu volendi necessario ⁊ imutabili velit habere contingentiā in agendo siue contingenter se agere: ita q̄ actus volendi sit necessarius: sed habitu do eius ad effectū volitum sit contingens siue non ne cessarius loquēdo de necessitate absoluta. ¶ Causa aūt quare non necessario absolute deus vult causare alia a se est: quia sicut dixi in quolibet nr̄o primo: prima que stione. bonitas diuina nō habet necessariā habitudinē ad res causatas: ita q̄ non posset amare sine illis ama tis: ita q̄ nec in se: nec i sua amabilitate dependet ab eis: ⁊ ideo deus volens necessario bonitatē suam: nō neces sario vult creaturas eē vel fieri: sicut vult necessario bo nitatez suā ⁊ perfectionē: ita vult nēcio posse se agere: cū posse agere talia sit de pfectione sua: ⁊ ēt vult nēcio se posse agere ea libero arbitrio: q̄ posse aliquid agere libe ro arbitrio nobilius est ceteris paribus q̄ꝫ agere de ne cessitate nature. ¶ Et si dicatur q̄ sicut supra dictū est q̄ ad hoc sequitur q̄ aliquid possit fieri cōtra voluntatem diuinam: q̄ si effectus cōtingens est a deo volitus cū effectus contingens possit nō esse illud q̄ō deus vult esse: poterit nō esse: ⁊ sic poterit oppositū voluntatis di uine esse vel fieri. ¶ Et ad hoc dico: sicut supra dictum est q̄ nō sequitur propter necessitatē cōsequentie ꝑpter actum volendi ⁊ suum volitum: ⁊ vlterius dico: q̄ ista difficultas ita sequitur cōtra pōs ponentes deuz age re aliquos effectus cōtingentes mediantibus causis se cundis. ita q̄ non sequitur magis incōueniens cōtra fi deles ponētes deum agere non necessitate nature ime diate q̄ꝫ cōtra pōs ponentes deū agere aliquos effect^9 contingentes mediantibus causis secundis. vt ex supra dictis patet. ¶ Ad rōnes vtriusq; partis soluendu⁹ est. Ad rationē ergo ꝓ parte affirmatiua quando dicit̄ q̄ oīa euenient de necessitate: q̄ posita causa sufficiēti ⁊c. ¶ Dicendū q̄ verum est fm primū intellectū illi^9 hi pothesis. s. si deus necessario simpliciter vellet oīa esse. sed non est verum accipiendo z^m itellectū ipsius hipo thesis: sed si poneretur de^9 velle necessario simpliciter illa que imediate procedunt ab eo ⁊ velle alia ꝓcedere ab his contingenter. ¶ Ad rōnem [a] in oppositum quā do dicitur q̄ adhuc esset ibi modus voluntatis distinct^9 ⁊ modus nature. dicendū q̄ accipiendo modū volunta tis ꝓ libero arbitrio vel agente libero arbitrio: ibi nō esset modus voluntatis distinctus cōtra modū nature ꝑ put modus nature necessario dicitur ꝺterminari ad al teram partem: ita q̄ non est i po^tc agentis vel non agere vel agere hoc vel illud.

Questio. V.

Ostea querebantur duo de potē tia dei in comparatione ad extra in speciali. s. in comparatiōe ad ho minez: ⁊ primo in cōparatione ad itelle ctum: ⁊ erat questio vtrum manente sta tu vie possit aliquis habere expressaz co gnitionem de quidditate dei. Secundo per cōparationē ad effectum: ⁊ erat questio vtrum de^9 simul posset infundere charitatē ⁊ intendere charitatē simul. ¶ Ad ꝑmū sic proceditur ⁊ arguitur q̄ manen te statu vie aliquis posset habere expressaz cognitionē

Deuenis 5

a Precipuū ꝑpatheticū istū modū lo quēdi nō vult admittere: q̄ videlicz deus agat ꝺ neces sitate nāe. naz de^9 fm ipsoꝝ neq; agit fm nām: neq; fm voluntatē q̄ ē i nobis: sz est altiori ⁊ nobi liori modo q̄ꝫ sit mod^9 agē di nāe: ⁊ q̄ꝫ sit modus agen di voluntatis q̄ est i nobis. Et ꝺ ideo direct deū agere mō diuino: sicut ē sententia ma gni Auerro. in lib. destru. destru. ꝯ Al gazelē. disputatione vnde cima. in solo ne primi du biū. ⁊ pp hoc dixit eūd ipse in sexto meta phy. corñ. 2. q̄ diuina sūt illa in quoꝝ diffone sumit deus. sicut nā lia sunt illa in quoꝝ diffone sumit natura ⁊ hāc sniam imitatus ē ad mirabilis Al bertus in suo libro de caus: sicut vide re poteꝝ. non nego tñ gn ⁊ i cta doctoris ꝺ sint vere dicta ⁊ donū habe ant intellectū sed volui hoc soluz premo nuisse qō cōue ter a moderno vi neglectum.

de quidditate dei:quia quicquid est citra apertaz visionem dei siue citra cognitionem intuitiuam stat cum statu vie:sed vt quidam ponunt per cognitionem abstractiuã potest cognosci quidditas dei expresse:non habita visione vel cognitione intuitiua.igitur ꝛc.

Contra quia si quidditas dei nõ habita eius cognitione intuitiua potest expresse cognosci: hoc est per aliquã rem causatam representantem quidditatem eius:sed ℔ est impossibile:qz nulla res causata posset sufficienter representare quidditatẽ eius ergo ꝛc.

Respõdeo ad euidẽtiaz istius questionis faciẽda sunt duo principaliꝝ. ℙrimuz est videre vtrum cognitio abstractiua quidditatis diuine talis qualem quidã ponũt possit hꝫ in via.Scõm est videre vtrum tali cognitione posita habens eam sit extra statũ vie. ¶ Quãtũ ad primũ ꝓio ponã itellectũ questionis.Scõo ponã opinionẽ quã nõ credo verã cũ suis motiuis.Tertio ponã opionẽ quã credo esse veram.

Primus articulus.

Quantum ad primũ sciẽdũ ꝙ fm illos qui ponunt duplicem cognitionẽ de re.scz intuitiuam ꝛ abstractiuã:cognitionẽ intuitiuã vocãt cognitionem terminatã ad actualẽ existentiã rei:sicut qñ video solẽ moueri habeo cognẽ intuitiuã de motu ei⁹:ꝛ similiter quãdo video rosam esse habeo cognitionẽ intuitiuã de rosa:cognitionem vero abstractiuã vocãt cognoscere qd sit res ꝛ qlis nãe sit:siue sit ī rerum nã:siue non:sicut quãdo aliquis considerat qd est rosa:nõ cõsiderando vtrum sit in rerũ natura:vel non sit.Est igitur intellectus questionis querere.vtruz aliquis possit habere expressam cognitionẽ de quidditate diuina.scz qd sit talis essentia cũ tali trinitate personarũ nõ cõsiderãdo vtrum sit vel non sit ita ꝙ cognitio eius terminetur ad quidditatẽ diuinã sub rõne quidditatis:ꝛ non ad ei⁹ existentiã.ita ꝙ cognoscat quidditatẽ ꝛ non cognoscat eam esse. ¶ Quantũ ad scõm sciendũ ꝙ quidã ponunt talem cognitionẽ possibilem haberi de quidditate diuina:ꝛ hoc probãt triplici ratione. ¶ ℙrima talis est ꝙ quid deus potest facere in intellectu in rõne obiecti naturaliter mouentis ꝛ presentis in suo esse potest facere per voluntatẽ absq; ℔ ꝙ obyciaꝫ intellectui fꝫ talẽ presentiam essendi.Sed deus in rõne obti naturaliter mouentis ꝛ presentis in suo esse potest causare in intellectu noticiã expressam sue qdditatis.ergo per voluntatẽ potest causare talem noticiam sue quidditatis:sine hoc ꝙ obyciatur intellectui in ratione ꝑsentis in esse:ꝛ per cõsequẽs talis cognitio abstractiua potest haberi de deo. ¶ Secunda talis est:quecũq; rõne differũt possunt sine inuicem itelligi:sed in deo quidditas ꝛ esse saltem ratione differunt.igitur quidditas dei potest itelligi sine esse.sed cognitio qua cognoscitur aliqua quidditas sine cognitione ipsius esse dicit cognitio abstractiua:igit ꝛc. ¶ Tertia talis ẽ.paulus post raptũ vt videt habuit noticiam quidditatis diuine:qz non videt ꝙ illud qõ viderit in raptu statiz dederit oblioni.scz ista noticia quã habuit post raptum non fuit visio essentie diuine: siue cognitio intuitiua.igitur abstractiua cognitio quidditatis diuine põt haberi sine cognitione intuitiua. ¶ Istaz opionem non credo esse verã:ꝛ qz ꝓbatio ꝏpposite opinionis est iꝓbatio istius.ideo nõ arguo cõtra positionem:sed cõtra rationes:ꝛ primo cõtra primã: que tres habet defectus:primus est:qz supponit quoddã falsum. secũdus est:qz si illud suppositũ falsuz esset verũ:adhuc tamẽ maior ꝓpositio esset falsa.tertius defectus est:qz non plus concludit de abstractiua cꝫ intuitiua. ¶ ℙrimum ꝓtet:qz maior ꝓpositio supponit ꝙ deus imprimat visionem ipsi intellectui beato sicut naturale mouens vel sicut agens de necessitate nature:quia nullum agens libero arbitrio agit naturaliꝝ siue per moduz agẽtis naturalis:sed quicquid deus facit in creatura agit libero arbitrio. ¶ Scõm patet.qz quãdocũq; aliquid cõuenit naturaliꝝ alicui habenti voluntatẽ illud nõ subest voluntati eius cui tale conuenit naturaliter:vnde quia esse risibile conuenit homini naturaliter non subest voluntati eius ꝙ sit risibilis vel non. Sed fm te mouere ad cognitionem intuitiuam in ratione obiecti naturaliꝝ mouentis cõuenit deo naturaliꝝ:vt supponitur in maiori.igitur si hoc suppositũ esset verum maior esset falsa.s. ꝙ quicquid deus potest in ratione obiecti naturaliter mouentis potest per voluntatẽ ꝛc.qz si ꝓueniret sibi naturaliter non subesset voluntati eius ꝙ hoc fieret vl nõ fieret:sicut non subest voluntati patris ꝙ generet filiuz vel ꝙ sit deus. ¶ Tertium etiã patet.scz ꝙ ista rõ non plus concludit de cognitione abstractiua cꝫ ituitiua:quia si quicquid deus potest in ratione obiecti naturaliꝝ mouentis ꝛ presentis potest per voluntatẽ ꝛc.cuz ipse possit in ratione obiecti mouentis ꝛ presentis facere cognitionem intuitiuam:sequitur ꝙ per voluntatẽ facere potest cognitionẽ intuitiuam:sine ꝑsentia obiecti existentis:ꝛ sic ita sequetur de cognitione intuitiua:sicut de abstractiua. ¶ Et vlteriꝰ qz constat ꝙ impossibile est cognitionem intuitiuã esse sine obiecto presente in sua existentia:ꝛ cognito quantum ad suam ꝓsentialitatez:ꝛ ideo planum est ꝙ ratio eoruz est nulla. ¶ Contra secundam rationem arguo:qz si ita est ꝙ quecũq; ratiõe differunt possunt sine inuicem cognosci:ita ꝙ cognitio potest haberi de vno non cognito altero:cũ esse differat ratione ab eẽtia:sicut ecõuerso:sequitur ꝙ ficut potest haberi cognitio de essentia sine esse.ita etiam poterit haberi cognitio de esse sine essentia:sed hoc est falsum: qz tunc videns deum cognitione intuitiua posset sic videre deum ꝛ non habere cognitionez sue quiditatis:qõ est falsum fm oẽs:vel igitur non est vniuersaliꝝ verum ꝙ quecũq; ratione differunt ꝙ possunt cognosci sine inuicem. ¶ Si dicas ꝙ verum est ꝙ istud non est vniuersaliter verum.Sed in illis est verum vniuersaliꝝ que sic ratione differunt ꝙ vnum non est de ratione alterius nunc autem ita est ꝙ esse non est de ratione essentie:sed bene econuerso:essentia est de ratione esse. ¶ Cõtra.qz quid sit in alys in per se necesse eẽ ita est de ratione eẽtie esse:sicut econuerso.sed deus est per se necesse eẽ.igitur ꝛc.ꝓbatio maioris:quia illa que sunt eqliter de ratione alicuius entis equaliter vnum est de ratione alterius:ꝛ ecõuerso. Sed in per se necesse esse equaliter est de ratione talis entis esse sicut essentia:ergo ꝛc. ¶ Contra tertiã rationẽ arguo sic:qz sicut in raptu paulus vidit essentiam dei:ita vidit eius esse ꝛ existere:si igit non obliuisci eius qõ vidit inferat ꝙ post raptum habuit noticiam de quidditate diuina:ita etiam infert ꝙ post raptũ habuit noticiã de eẽ diuino:ꝛ sic nõ habuit noticiã abstractiuã de qdditate sine noticia ipsius eẽ. ¶ Dices forte ꝙ de vtroq; ſ. de essentia ꝛ esse habuit noticiam qditatiuam sciendo.ſ. qualis sit essentia diuina ꝛ quale sit suum esse.Sed nesciuit ꝙ deus eẽt in rerũ natura. Doc nihil est:qz quero ad quid imediate terminabatur noticia pauli post raptum.Si dicas ꝙ imediate ad quidditatem diuinam ꝛ ad esse:tunc ita habuit noticiaz terminatam ad esse sicut ad essentiam:ꝛ etiaz ad hoc ꝙ deus esset:qz impossibile est habere noticiam imediatã de eẽ ꝛ essentia rei ꝛ ignorare ipsum.Si autem noticia ei⁹ nõ terminabatur imediate ad essentiam eius ꝛ ad esse:sed

Quid sit cognitio intuitiua ꝛ qd abstractiua. vbi scotũ in quolibet deus.qõne.6 arti.1. ꝛ.q.7. arti.2.

ad aliquid manẽs in intellectu vl̃ in fantaſmate in quo repreſentabaſ. ¶ Contra.qz illud repreſentatiuũ manens apud paulũ repreſentabat eſſentiã diuinã per modũz obiecti medy:ſicut aligd vr̃ in ſpeculo. Sed gcgd ſit de ſpẽ in viſione beata:nullus tñ vnq̃ poſuit q̃ aliq̃ creatura poſſet repreſentare expreſſe quidditatẽ diuinã per modũ medy obiecti:vt eſt in ſe.igitur ꝛc. ¶ Ad rationẽ de paulo.dicẽdũ q̃ licz poſt raptũ in paulo potuerit remanere aliqua ipreſſio per quã cõfuſe apprehẽdebat ſe vidiſſe deũ.nõ tñ remanſit apud eum noticia expreſſa quidditatis diuine. Sic etiã i Nabuchodonoſor remanſit quedã ipreſſio per quã apprehẽdebat ſe ſomniaſſe aliq̃ magnũ:nõ tñ remãſit apud eũ expreſſa noticia obiecti ſomniati. ¶ Alia opinio eſt quã credo eſſe verã:q̃ eſt ipoſſibile talẽ cognitionẽ abſtractiuã haberi de deo qualem iſti ponunt. ¶ Ad cuius euidentiã premitto p̃mo duo:ꝛ poſtea deſcendã ad ꝓpoſitũ. ¶ Primum eſt q̃ habere noticiã de gdditate dei duplr cõtingit. vno modo cõtingit in gñali ſciẽdo q̃ eſſentia dei eſt quedã ſubſtãtia vel itellectus ꝛ hoc per creaturas. Alio modo põt cognoſci a nobis gdditas dei in ſpeciali:quãtum ad hoc q̃ eſt quedã eſſentia habẽs trinitatẽ ꝓſonarũ in vnitate eſſentie:ꝛ hoc duplr vno mõ credendo alicui dicenti deũ eſſe talis nãe. Alio modo manifeſte apprehendẽdo eã vt in ſe eſt.ita videlz q̃ noticia termine tur imediate ad quidditatẽ diuinã in ſe:put eſt in ſe talis quidditas. ¶ Secũdũ q̃ p̃mitto eſt:q̃ p̃tia obti in exiſtentia ſua duplr ſe põt habere ad itellectũ:loquẽdo de itellectu q̃ mouet ab obo ad intelligenduz. Uno modo ſicut mouens ad actũ cognoſcẽdi. Alio mõ ſicut terminus ad quẽ terminat ipſa cognitio ſicut ad obz cognitum:ꝛ iſta duo differunt.nã quãdoq̃ cõtingit q̃ aliqd aliud ab obiecto mouet ad cognitionẽ ipſius obiecti nã ens mouet cognitionez non entis:ita q̃ cognitio põt q̃nq̃ terminari ad non ens:ſicut ad cognitũ.tñ nõ ens non põt mouere aliqd. ¶ Iterũ nõ eſt dubiũ quin deꝰ poſſit cauſare in itellectu alicuius cognitionẽ alicuiꝰ qõ nõ mouit ipſum ad cognoſcendũ:ꝛ ſic talis cognitio terminat ad illud ſicut ad cognitũ:nõ tamẽ eſt ab iſto:ſic̃ a mouente. ¶ His premiſſis dico ad propoſitũ q̃ non eſt dubiũ q̃ preſentia dei in ſua eſſentia ſiue ipe deus vt preſens in ſua eſſentia requirat ad cognitionẽ expreſſaz ſue quidditatis vt in ſe habet rõnem obiecti mouentis ad talẽ cognitionẽ expreſſam ſue gdditatis:qz nihil mouet niſi vt eſt actu exiſtens. Sed nulla res põt mouere ad talẽ cogñẽ niſi ſolus deus.igit ꝛc. ¶ Utrũ aũt ſecũdo modo requirat preſentia dei in ſua exiſtentia.ſcz vt terminus ad quẽ ſicut ad obiectũ cognitũ terminat cognitio. ¶ Dico q̃ ſi loquereꝰ de cognitõe ꝓfuſa quã hz viator de deo per creaturas naturalr ꝛ de cognitiõe expreſſa tali qualẽ põt habere per fidẽ:ſic poſſet haberi cognitio de deo abſtractiua:nam aliquis in via põt cõſiderare quid importat per primã cauſam:nõ cõſiderando vtrum ſit vel non ſit.ꝛ aliquis etiã fidelis poteſt cõſiderare quid importat per hoc nomen trinitas:nõ cõſiderando vtrum ſit vel non ſit. Sed q̃ aliquis poſſit habere cognitionẽ de quidditate dei imediate terminata ad ipſam vt in ſe eſt:ꝛ ignorare ipſam:an ſit vel non ſit: eſt impoſſibile. Ratio primi eſt iſta:qz deus a nobis in via vel naturalr vel per fidem nõ cognoſcit niſi put relucet in creaturis:vl̃ put relucet in aliqua imagine ſua quã aliquis finalis audiẽs ea que fides ponit de eo formar vel in ſuo intellectu:vel in ſua fantaſia. Sed iſta qz imperfectiſſime repreſentãt deũ poſſunt repſentare eũ quantũ ad quid nois:vt ſcz cõſidereꝰ quid importetur per nomẽ:nõ cõſiderando vtrũ res ſit vel nõ ſit:ꝛ quãz doq̃ deducte poſſunt repreſentare q̃ id qõ importatur per nomen eſt vera res in rerũ nã exiſtens:ꝛ tunc cõſideraſ vt exiſtens. Scõm.ſ.q̃ impoſſibile eſt quidditatez dei cognoſci cognitione expreſſa terminata ad ipaz imediate q̃tũ ad entitatẽ quã habz in ſe:ꝛ ignorare eã quantũ ad exiſtentiã:faciliter poſſet ꝓbari ſm illos qui ponerẽt:q̃ omnis cognitio terminat ad aliquid preſens in exiſtentia ipſi intellectui vel aliq̃ repreſentatiuũ eiꝰ. ſicut imago rei abſentis eſt preſens in fantaſmate:ꝛ hoc ſuppoſito patz faciliter ꝓpoſitũ ſic:qz talis cognitio gditatis diuine:aut terminat ad ipſam vt preſentẽ in exiſtentia ſua:aut ad aliquid aliud ab ipſa preſens in exiſtẽtia ſua intellectui ꝛ repſentans ipſaz. ¶ Sed ſcõz eſt ipoſſibile:qz ſicut dictum eſt:ipoſſibile eſt aliquã creaturã repreſentare eẽntiã diuinã per modũ medy obiecti. igitur ꝛc. ¶ Si autẽ ponatur q̃ nõ opz obiectũ eſſe preſens in exiſtentia ſua:nec iſto modo:nec illo:ꝛ q̃ ſola cognitio rei apud intellectũ facit rẽ eẽ preſentẽ intellectui nõ in ratione exiſtentis:ſed in ratione cogniti:adhuc ꝓpoſito teneo q̃ impoſſe eſt de deo habere talẽ cognitionẽ abſtractiuã quidditatis:ꝛ non habere cognitionẽ de eſſe. Et hoc probo triplici ratiõe. Prima talis eſt:qz oĩs cognitio prĩa quã nulla alia p̃cedit:videꝰ terminari ad rem vt eſt in entitate ſua:ſed cognitio quidditatis diuine imediata eſt huiꝰ.ergo ꝛc. ¶ Ad euidentiã autẽ maiozis ſciendũ q̃ ſm quoſdaz ꝛ probabilr vr̃ videꝰ:cognitio quã nulla alia p̃cedit dicit cognitio naturalis:quã.ſ. intellectus non formando ſibi determinatũ cõceptũ de re ſub hac rõne vel iſta intellígit realem entitatẽ ipſius rei:de qua talia ſunt formalia. Sed cognitio que terminat ad entitatẽ realem ipſius rei abſolute nõ ſub hac ratione vel iſta diſtincta cõtrahente terminat ad entitatem rei:vt in ſe eſt.igitur ꝛc.minor etiã faciliter ꝓbatur: qz ſi iſta cognitio quidditatis diuine hz cognitionẽ aliã p̃cedentẽ ipſaz:aut eſt cognitio alicuius alterius a deo in quo deꝰ relucet:aut cognitio ipſius dei:nõ prio: quia impoſſe eſt quidditatez diuinã relucere in aliquo cãto. ſicut in obiecto cognito:vt ſepe dictum eſt. ¶ Si ſecũdo modo:aut illa cognitio dei preceděs eſt cognitio eiꝰ: aut quantũ ad quidditatẽ:aut quantũ ad eius eſſe: non quantũ ad quidditatẽ:qz cognitio eius quãtũ ad quidditatẽ eſt illa cognitio de qua loquimur.ꝛ idem nõ põt precedere ſeipſum:necetiã cognitio dei quantũ ad eſſe: quia ſequereꝰ oppoſitiũ propoſiti.ſ.q̃ quidditas nõ poſſit cognoſci ſine eſſe:qz poſteriꝰ notũ quo ad aliquẽ nõ poteſt cognoſci ab illo ſine prius noto. Sed ſm iſtaz hi potheſim eſſe prius cognoſcit q̃ gdditas.igit ꝛc. ¶ Secunda ratio talis eſt habens talẽ cognitionẽ quidditatiuã de deo:quã tu ponis:aut ſolũmõ nouit gd nois de ſubiecto:aut quid rei:ſi gd nois tñ:ſicut hõ hz imaginationẽ de figmentis:de quibus nõ nouit vtrum ſint vel non ſint. Tunc arguo.talis nõ nouit gd rei ipſius dei:ſz iſte qui non nouit gd rei ipſius dei non nouit quidditatem realẽ dei.igitur talis nõ habet noticiã realẽ de gditate dei. ¶ Dices q̃ imo habet noticiã realẽ de gditate dei ſic q̃ nouit quidditatem dei que eſt quedã res. ſed non nouit q̃ illa quidditas ſit quedaz res. ¶ Sed hoc nihil eſt:qz impoſſibile eſt noſſe inferius ꝛ ignorare totaliter illõ qõ eſt de ratione eius:ſed de ratiõe vniuſcuiuſq̃ viri entis:eſt q̃ ſit res quedã ens vel nata eẽ. igitur ꝛc. Si dicaꝰ q̃ habens talẽ noticiã nouit quid rei de deo. Tũc arguo.cognoſcere quid rei de vnoquoq̃ eſt cognoſcere ipſum vt habens quandã naturã exiſtentez in rerum natura:vel natum eſſe. Sed impoſſibile eſt vt

cognoscens perfecte ⁊ euidenter essentiam diuinam cognoscat eam vt possibilē esse: ⁊ non actu entem. ergo ⁊c. ꝓbatio mi. quia sicut de ratione aliarū rerum quantuz ad suum quid reale est esse quādam quidditatem entē in rerū natura: vel natam esse. sic de ratione dei est esse quandā naturā entem. Sed nullus potest scire de alys rebus a deo quid rei: nisi cognoscēdo eas vt quidditatē existentē in rerum natura vel natam esse. igitur impossibile est ꝙ aliquis cognoscat de deo quid est nisi cognoscendo eum vt habentē naturā necessario existentē. Et ideo impossibile est cognoscere qd rei de deo cognoscendo ipsum vt habentē naturam possibilem esse: ⁊ non cognoscere ipsum vt habentez naturam actu existentem. ¶ Tertia talis est: qz ꝝ ꝑm pᵇm prius est nosse an est q̄z quid est: loquēdo de quid rei. sed posterius notū nō pōt cognosci sine ꝑus noto. igitur de nulla re potest sciri qd rei: ⁊ ignorari ipsam esse. Jn alys quidē ignorare ipsam esse actu vel aptitudine. in deo autē ignorare ipsam esse actu: ⁊ sic vī mihi ꝙ sit talis cognitio abstractiua ō. deo eē ipossibile. Ad rōnē autē positionis ꝑz ex supradictis.

Scdo articulus. **Quantum** autē ad scōm articulum. vtrū. ſ. talis cognitio abstractiua si ponaī possit stare cuz statu vie. dico vt mihi videī ꝙ non: qz cognitio perfectissima vniuscuiusq; est cognitio eius expressa quantū ad qō qd est rei. Sed cognitio potissima dei nō potest stare cū statu vie. ⁊ per cōsequēs ipossibile est ꝙ cognitio expressa quidditatis diuine sit cū statu vie. maior patet: qz cognitio consistit in assimilatione cognoscētis ad rem cognitam. assimilatio autē ad rem cognitaz attenditur potissime ꝑm formā ⁊ quidditatē ipsius rei cognite. igitur ⁊c. minor etiaz faciliter patz: qz cognitio potissima dei vel est beatitudo vel saltē nō est sine beatitudine. sed beatitudo non stat cum statu vie. igitur ⁊c. ¶ Ad rationē in oppositū dicēdū ꝙ maior ꝑm rei veritatem est vera: qz quicquid est citra apertaz visionē dei stat vna cū statu vie. sed mi. quā illi ponūt. ſ. ꝙ expressa noticia quidditatis diuine imediate terminata ad ipsaz possit haberi citra visionē est falsa: posita tamē hipothesi: ꝙ talis cognitio bēatur: talis cognitio ponet hoiez extra statum vie: ⁊ tunc ma. est falsa. scz ꝙ quicquid eēt citra visionē: staret cum statu vie: ⁊ sic patz ad qōnez ⁊ rationē. ¶ Nōndū ꝙ positio que ponit quidditatē dei imediate cognosci in se ⁊ ipsam nō videri intuitiue ponit cōtradictoria vt mihi videtur.

Questio. VI.

Bscōm sic procedit ⁊ arguitur ꝙ deus nō possit simℓ ifundere charitatē ⁊ intendere eaz: quia deus non potest intendere aliquā charitatē. igitur nō potest ifundere simul ⁊ intendere: ꝓtia ꝑz: qz qō nō pōt in alterā partē copulatiue: nō pōt in totā. ꝓbatio assitis: qz suppositō: vt quidā ponunt: ꝙ ipoſe sit eandez formam esse intensam ⁊ remissam: si deus intendit charitatem: aut intendit precedentē: aut sequentē: nō precedentē: qz illa corrūpit: qō aūt corrūpit non itendit: nec sequentē: qz illa tota de nouo generatur: siue ꝑducitur: nō est autē idē formā non preexistentē generare ⁊ intēdere. igitur ⁊c.

Contra qz deus plus pōt q̄z actus moralis. Sed actus moralis statim cū est: pōt intendere habitum. igitur deus vt videī potest simul infundere charitatē ⁊ intendere.

Respondeo ad euidētiā istius questionis. duo sunt facienda. Primuz est ponere intellectum questionis. Secundū est ſoluere ad qōnez.

Quantum ad primū sciendū ꝙ ista questio potest habere duplicē intellectū. Unꝰ pōt esse. vt q̄raī vtrū deus possit charitatē vel quācūq; formā ifundere simul ⁊ augere. Alius pōt esse vt queratur vtrū deus absolute possit aliquā formā infundere ⁊ augere quantū ad formas que recipiūt magis ⁊ minus. ¶ Primus aūt intellectꝰ simultatis subdiuidit: qñ scz queritur vtrum deus possit charitatē vel formā simul ifundere ⁊ augere. Uno mō vt q̄raī vtrū in ꝓncipio qñ deus infundit charitatē possit eā infundere in gradu intenso: ita ꝙ ifundere ⁊ augere nihil aliud sit q̄z infundere vel a ꝓncipio eā facere in gradu intenso. Alio modo vt queraī vtrū possit facere in eodē istāti remissaz charitatem ifundēdo eā ⁊ istā eādē in eodē instāti itendere siue facere intensam: accipiendo igiī primū intellectuz de istis subdiuisis. simpℓr dicēdū est ꝙ deus potest charitatē in eodē instanti infundere ⁊ augere: qz infundere ⁊ augere ꝑm primū intellectū subdiuisuz nihil aliud est q̄z ifundere charitatē in gradu intenso: sed deus potest charitatē vel quācūq; aliam formā suscipientē magis ⁊ minus efficere vel infundere in quocūq; gradu non repugnāte rei. igiī ⁊c. Sciēdū tamē ꝙ istud non est ꝓprie intendere formā: sed proprie est formā a ꝓncipio gñare siue non existentē primo quantū ad sui totalitatē de nouo ꝑducere. nā hic accipitur generare prout se extendit cōiter ad oē producere: nā intēdere ꝓprie est de minus tali facere magis tale: nō autē facere de simpℓr non tale tale. ¶ Si autē accipiatur scōs intellectus de intellectibus subdiuisis: vt queratur vtrū deus possit in eodē instanti facere charitatē remissaz ⁊ simul cū hoc facere eā intensam. dico ꝙ nō: qz nulla virtute possunt simul fieri opposita in eodē: sed charitas remissa ⁊ intensa sunt opposite. igitur impoſe est quacūq; virtute ꝙ aliqua qualitas fiat remissa: ⁊ ꝙ in eodem instanti in quo fit remissa fiat intensa. maior patz: qz cōtradictoria non possunt verificari quacūq; virtute de eodē simul. sed contradictio includitur in omni oppōne. ergo ⁊c. minor etiā patz: qz charitas remissa ⁊ intensa se habent vel sicut priuatiue opposita: vel sicut cōtraria: qz ꝑm quosdaz charitas remissa dicit charitatē cū ꝓpriatiōe gradus vlteriozis: quē importat intensa. Scōm alios autē: qui ponunt ꝙ ipossibile est ꝙ eadē numero sit intensa ⁊ remissa: charitas intensa ⁊ remissa se habent sicut forme cōtrarie. quarū vna est perfectior alia. igitur ⁊c. ¶ Si autē accipiaī secundus intellectus questionis simpℓr vt queraī. vtruz deus possit charitatē vel formā aliquā simul intendere ⁊ infundere. dico ꝙ ꝑm ꝓnētes ꝙ impossibile est eādē formā numero esse intensam ⁊ remissam: ꝙ impossibile est deū vel qōcūq; aliud agens itendere aliquā formā: qz si aliqō agens formā prius remissam intendit: aut remissa manet aut non. Si manet facta intensione: aut cedit in idem per essentiā cū intensa: aut non: si sic. igiī est falsa illa positio que ponit ꝙ forma que ꝓus fuit remissa non sit eadem cū prima que postea est intensa: si non, sequitur ꝙ due forme eiusdē speciei differentes numero sint simul in eodē subiecto: ⁊ qō peius ē: ꝙ duo opposita simul possint esse. nā ꝑm oēs intensum ⁊ remissum habent aliquā oppositionē cōtrariā vel priuatiuā: vt dictum est. Si autē ponaī ꝙ remissa non maneat. Tunc remissa corrūpitur. Sed qō corrūpitur non intenditur. igitur prius remissa non intendetur: nec etiā sequēs: qz de nouo generari ⁊ intendi non sunt idem: sed sequens forma de nouo totaℓr generatur. igitur ⁊c. ¶ Si dicaī ad hoc: ꝙ dicitur forma intendi non ꝓpter vnitatē forme intense ⁊ remisse: sed propter vnitatē subiecti: qz ꝑm

Nota rōnem q̄ qua probatur ꝙ eadem numero ē forma intensa ⁊ remissa.

idem subiectum fit de minus tali magis tale. ¶ Cōtra. subiectum licꝫ dicatur fieri de minus tali magis tale: nō tamē subiectū dicīt intendi ⁊ remitti: sed forma ipa ſm quā subiectū dr de minus tali fieri magis tale: ſꝫ forma nō poſſet dici intendi ꝓprie niſi illa eadem que fuit remiſſa fieret intenſa. igit̄ ꝛc. ⁊ iſta eſt vna ratio per quā ꝓbat̄ ꝙ eadem forma numero eſt intenſa ⁊ remiſſa: ⁊ ſic patet ad queſtionē. ¶ Ad rōnē. ad ꝑmā partē factaꝫ inquantū eſt cōtra poſitionē dicendū. ꝙ ipſe intendit precedentē. Et qñ dicīt ꝙ non: qz precedēs corrumpit̄. dico per iteremptionē. ſ. ꝙ non corrumpit̄: qz teneo ꝙ forma eadē numero que prius fuit remiſſa poſtea ē intenſa: ⁊ de hoc etiaꝫ. ſcꝫ vtrū eadē forma ſit remiſſa ⁊ intēſa dicet̄ ifra diffuſe: qz de hoc queſtio eſt mota. ¶ Ad rationē etiam factā ad alterā partē: inquantū eſt contra poſitionē. dicendū ꝙ licꝫ actus moralis ſtati cū eſt poſſit intendere habitū preexiſtentē: non tamē ſtatiꝫ cū eſt habitus in gradu remiſſo generatus in eodē inſtanti in quo eſt generatus in gradu remiſſo poteſt ipſum facere intenſum eſſe.

Queſtio. VII.

POſtea querebātur duo de deo cō parando abſolutū ad relatū. Et primo querebat̄ vnū de hoc in generali: ⁊ eſt. vtrū in diuinis poſſet eſſe aliqd vnū nomē vniuocū cōe abſoluto ⁊ relato. ¶ Scdo querebat̄ in ſpāli. ſcꝫ vtr̄ dicere in diuinis ſit ideꝫ qd intelligere.

Ad primum ſic proceditur ⁊ arguit̄ ꝙ vnum nomē vniuocū poſſit eſſe in diuinis cōmune abſoluto ⁊ relato: qz nomē perſone eſt vniuocū. Sed nomen perſone conuenit abſoluto ⁊ relato, igitur ꝛc. maior patet. ꝓbatio minoris: qz perſona eſt aliquid in diuinis: qd intelligit̄ a fidelibus ⁊ ab ifidelibus: ſꝫ a fidelib⁹ itellr vt relata, ab ifidelib⁹: vt abſoluta: qd nō eēt niſi poſſet accipi aliqd cōe abſo⁹ ⁊ relato. igit̄ ꝛc.

Contra minus poſſunt habere vnū nomē vniuocum abſolutū ⁊ relatū q̄ duo ꝑdicamenta abſoluta. Sed duo predicamēta abſoluta nō poſſunt habere vnū nomē vniuocū: cū predicamētis nihil ſit cōmune vniuocū. igitur ꝛc.

Reſpōdeo ad euidentiā iſtius qōnis duo ſunt ꝑncipaliter facienda. Primo videndū eſt: qualr de hoc ſit in creaturis. vtrum ſcꝫ in creaturis abſolutū ⁊ relatū poſſint hr̄e vnū nomen cōmune vniuocū. Scdo videndū eſt q̄liter ſit de hoc in diuinis. vtrū abſolutū ⁊ relatū habeāt vnū nomē cōe vniuocū.

Primus articulus,

Quantum ad primuꝫ ſunt quattuor facienda. Primo videndū qd ipoꝛtat vniuocū: ⁊ diſtinguēdū de vniuoco. Scdo oſtendet̄ ſuper qd fundetur vnitas vniuoci. Tertio oſtendet̄ quomodo differunt vniuocū equiuocū ⁊ analogum. ⁊ quarto dicet̄ ad propoſitum. ¶ Quantū ad primū ſciendū ꝙ cuz ita ſit ꝙ vniuocū dicat̄ illud nomen qd ſm eandē rōnem ꝑdicat̄ de pluribus: quoꝝ eſt vnuz nomen ⁊ vna ratio ſm illud nomen. primo videndū eſt qūo aliquoꝝ eſt idem nomē. Scdo qūo accipiat̄ ratio quādo dicitur ꝙ ratio vniuocoꝝ eſt eadē. ¶ Quantū ad primū ſciendū ꝙ aliqua poſſunt habere vnum nomen triplr: quantū ad preſens pertinet. Uno modo ſicut partes integrales ipſius ſignificati ꝑncipaliter: ſiue ſm rem ſicut illud qd ſignificat cōpoſitionē ex materia ⁊ forma cōprehendit vnū nomē includens materiā ⁊ formā: nō vt ſignificatū ꝑncipale ⁊ preciſum: ſed vt partes integrales ipſius ſignificati: vel ſm rationē. ſicut nomē ſpeciei ſignificat genus ⁊ differentiā: ſicut homo qd eſt vnum nomē ſignificans aial ⁊ rōnale: nō vt ꝑncipalia ſignificata ⁊ preciſa: ſed vt partes integrales ſm rationē ipſius ſignificati ꝑncipalis: ⁊ nomē vnum ſic cōprehendens multa nō dicīt̄ nomen vniuocū: nec equiuocū ad illa. Alio modo ꝙ aliqd vnū nomen imponat̄ ad ſignificandū plura ita ꝙ vnūqd eoꝝ in ſpeciali ſignificet̄ per illud nomen ſm proprią rationē: ſicut canis ſignificat ſidus celeſte: ⁊ canem latrabilem: ⁊ tale nomen eſt nomen equiuocū ꝓprie: qz iponīt̄ ad ſignificandū pla ſꝫ plures rōnes. ¶ Tertio mō aliqua poſſunt habere vnū nomē ſibi ꝯueniens: ſic ꝙ illud nomē neutrum illoꝝ ſignificet in ſpeciali ⁊ ſm propriam rationem. Sed ſignificet aliquā vnam rōnem cōem bis que vtriqꝫ conueniat ſicut. vbi gratia. homo non ſignificat ſoꝛtem nec platonez: ſed ſignificat vnā rationē cōmunē bis. ſcꝫ aial rationale ⁊ mortale: ⁊ ſimiliter aial non ſignificat hominē: nec equū. ſed ſignificat vnam rationē cōmunē bis. ſ. ſubſtantiā animatam ſenſibilē: ⁊ tale nomen dicitur ꝓprie vniuocū cōmune talibus contentis ſub illa vna ratione cōmuni.

Quantū ad ſecundū ſciendū ꝙ quādo dicitur ꝙ noīs vniuoci eſt eadem ratio ſm idē nomen. ratio pōt dupliciter accipi. Uno modo pro ipſo cōceptu mentis. Alio modo pro re intellecta per talē conceptum: quando igitur dicitur ꝙ ratio vniuocoꝝ ē vna non accipitur ratio pro cōceptu mentis: ſed pro re intellecta per cōceptū: qđ patet dupl'r. Primo qz ſi aliqua dicerent̄ eſſe vnius rationis eo modo quo vniuoca habēt vnā rationē: qz de bis eſt vnus cōceptus. Tunc oīa que a deo intelliguntur eſſent vnius rationis: cū apud deū de oībus que intelligit non ſit niſi vnus cōceptus. Sꝫ oīa exiſtentia ⁊ poſſibilia intelliguntur a deo etiā quantuz ad ſua ꝓpria. ergo omnia eſſent eiuſdē rationis quātū ad ſuas rationes: qđ falſuz eſt. ¶ Secūdo qz ratio ſm quā nomen vniuocū cōuenit pluribus: ꝯuenit ipſis rebus de quibus predicat̄ nomē vniuocū: ſicut ⁊ ſignificatū ipſi⁹ noīs: ſicut ſubſtātia animata ſenſibilis ꝑdicat̄ de boue ⁊ de equo: ⁊ animal rationale de ſoꝛte ⁊ platone. ſed conceptus mētis nō predicat̄ de rebus extra. igitur ꝛc. niſi aliquis equiuocare vellet cōceptū ad ſignificandū cōceptionē mentis. que eſt in mente formalr: ⁊ ad ſignificandū rem intellectā per cōceptū. Cū autē dicīt ꝙ rō noīs vniuoci eſt vna accipiendo rationē pro re intellecta per ꝯceptū: ſciēdū ꝙ iſta vnitas eſt vnitas ſꝫ rōnē: ⁊ ita vnitas eſt ens rationis: res tamē intellecta que ſic vnite intelligitur: eſt vera res extra aiam: vnde ſicut quādo itelligo boiem ideterminate: homo dicit rem verā exiſtētē extra aiam. Sed ideterminatio ipſa eſt ſm rationez: qz ſcꝫ talis indeterminatio ꝯuenit ſibi ꝓut eſt obiectiue in intellectu indeterminate ipſum intelligente: etiā iſta ratio intellecta per terminū vniuocū accipiendo rationez pro re intellecta per conceptū: eſt vera res extra animā exiſtens: ſed eius vnitas eſt vnitas ſm rationē cōſequēs ipſam rem prout obiectiue eſt in intellectu eā ſic vniuoce intelligente. Tale autē vniuocū eſt duplex. vnū denominatiuū qđ cōuenit multis denoīatiue: ſicut partibus in mō. verbi gra. ſicut ſi dicatur: nix eſt alba. lapis eſt albus. vtrūqꝫ dicīt̄ vniuoce albū. Alio modo accipiꝫ vniuocū eēntiale: qđ ſcꝫ eſſentialr cōuenit cuilibet cōtento ſub ipſo: ſicut genus cōuenit cuilibet ſpeciei: ⁊ ſpēs cuilibet indiuiduo. modo hic nō loquimur de vniuoco primo modo dicto. ſcꝫ de denominatiuo: qz loquēdo de tali vniuoco illa que ſunt diuerſoꝝ predicamentoꝝ: ⁊ que ſunt oīno diuerſarū rationū poſſunt habere vnū nomē vniuocum. dūmodo habeāt ſimilē habitudinez ad aliquid vnuz qđ in ſua ratione formali eſt vnius rationis. Dico

Quo intelligitur ꝙ noīs vniuoci eſt eadem ratio,

Scotiſte vere dicūt illā vnitatem eſſe ex natura rei.

Vniuocū duplex: denoiatiuum. ſ. ⁊ eſſentiale.

Aliq̄ poſſ bre vnū nomē ꝛ plicter,

autē simīlē habitudinem: qz si aliqua diuersa haberent habitudinē ad aliquā vnā entitatē formalē: si haberent diuersas habitudines ad illā diuersaz rationū nō denominareť ab illa vniuoce. z propter hoc licz sanitas dicat vnā entitatē vnius rationis: qz tamē aial z medicina z vrina habent diuersas habitudines ad illā. non dicunť sana vniuoce. sed si aliqua sit entitas formalis vnius rationis: z plura habent simīlē habitudinē ad illā: illa plura poterunt denoīari vniuoce ab illa: quantūcūqz nō cōueniant in vna eēntiali ratione: vnde licz substātia quātitas z qualitas nō habeant vnā essentialē rationē cōez eis: qz tamē habent simīlē habitudinē ad cognitionē intellectus: qōlibz eorū potest dici cognituz ab intellectu vniuoce: illa etiā que nō cōueniūt in vna ratione specifica essentiali: vel etiam in genere ꝓpinquo possunt denominari vniuoce vniuocatione que est fm speciem specialissimam: sicut homo est albus: z nix est alba. vtrumqz dicitur album vniuoce vniuocatione speciei specialissime: qz albedo a qua denominať dicit vnā speciē specialissimā: licz homo z nix fm essentialia sua nō cōueniant in genere propinquo. z sic patet primum. scz quid importeť per vniuocū z quale sit vniuocū: de quo dic logmur scz vniuocum essentiale. ¶ Quantū ad secūduz. scz super qd fundať vnitas rationis ipsius vniuoci. dicūť quidaz qꝫ fundať super vnitatē conceptus mentis: vt. s. dicatur vna ratio vniuoci inquātū per vnū cōceptum intelligiť res que dicitur fm vnā rationē intelligi. ¶ Sed ꝫ nō videť mihi esse verū: qz illud scz potest habere duplicez intellectū. vnū vt dicať ratio nois vniuoci esse vna propter vnitatē cōceptus: qz scz ipsa ratio est ipse conceptus z illud est falsum: vt probatū est supra: qz supra ostensuz est: qꝫ quādo dicitur: qꝫ vniuocū est cuius ratio est eadē: ratio ibi nō accipitur pro conceptu mentis: sed pro re intellecta per conceptū. Aliū intellectuz potest habere vt dicať ratio termini vniuoci vna propter vnitatē conceptus: qz scz vnitas conceptus dicit vnitatē rei intellecte. vt scz fm vnā rationē obiectiuā obyciatur intellectui: z hoc simiľr est falsuz. qđ patet dupliľr. Uno modo. primo qz existente vno cōceptu in deo: nō ꝓpter hoc sequiť qꝫ oīa que sibi obyciunť: obyciaňť ei fm vnā solā rationē obiectiuā: qz plura fm ꝓprias rationes nō possunt obyci fm vnā rationē obiectiuā. sed deus itelligit plura fm ꝓprias rationes. igitur ꝛc. Si dicať ad hoc qꝫ licz deus intelligat plura z fm rationes plures quantū ad secundaria obiecta: tñ quantū ad ꝑmū z per se obiectū qđ est essentia sua fm se accepta obiectū siue cognitiōis est vnū z vnius rationis. scz ipsa essentia sua fm se accepta: non valz. primo qz illa plura obiecta: siue vnū sit principale z aliđ secūdariū: siue sint plā secūdaria manēt plura saltem aliquo modo non plurificato cōceptu qualitercūqꝫ vel ꝑncipaľr vel secūdario: sed hoc non eēt si pluralitas obiectiua: vel vnitas fundareť super vnitatē vel pluralitatem cōceptus. scđo qz ex hoc qꝫ vnius cōceptus deꝫ est vnū primo z per se obiectū. scz ipsa eēntia diuina: nō sequitur qꝫ vnitas obiecti habeať ex vnitate conceptus sed magis ecōuerso saltē fm nostrū modū intelligendi: sicut patebit in sequenti ratione. ¶ Secūda ratio talis est: qz illud a quo habet res entitatē: habet vnitatē. scz cōceptus habet entitatē: z etiā ipsa cognitio ab obiecto. igitur z vnitatē: z hoc pbs z oēs concedūt. s. qꝫ fm diuersitatē obiectoū est diuersitas cognitionū: z fm vnitatez vnitas: z maxime regulariter in cognitione adeq̄ta. z iō vnitas ista opz qꝫ fundeť super rem: sicut super fundamentū remotū. Sed in hoc est diuersitas inter aliquos nā quidā ponūt qꝫ vnitas ista fundať super plura ex parte rei vel sicut saltē ex parte fundamenti remoti supra vnitatem alicuius apparentis ex habitudine ad qđ ista dicūtur habere vnitatē: vt si dicať qꝫ ratio aialis habz vnitatē: licz aial cōueniat diuersis aialibus ꝓpter habitudinē ad vnū apparēs: qđ est sentire. Sed illud nō videtur mihi verū: z ratio huiꝰ ostendiť in precedenti quolibet. z inter alias rationes induxi istā: qz querā de illo apparenti: a quo tu dicis qꝫ accipiť vnitas generis. vtrum sit vnius speciei specialissime: vel vnius generis tñ: si vniꝰ speciei specialissime: videť qꝫ a tali nō debeat accipi vnitas generis: sed vnitas sibi proportionata. scz vnitas speciei specialissime. Si est eiusdē generis tñ: eadē questio est de isto: sicut de primo. vnde scz bz vnitatē. ¶ Dicūt aliqui ad hoc qꝫ istud apparens habet vnitatē analogie z ab ista accipiť vnitas generis. ¶ Cōtra. qz vnitas minoz nō pōt esse causa vnitatis maioris. sed vnitas analogie est minor vnitas q̄ vnitas gñis: igitur ꝛc. ¶ Itē q̄ro de isto apparente: sicut prius aut est idē spē specialissima aut idē genere tantū. Si idē genere tñ: erit eadez q̄stio de isto sicut de alio: vt dictū est. Si idē specie specialissima cū idem specie dicať vnū fm rationē: quero vtrum istā vnitatē habeat a seipso: vel ab alio apparenti: si a seipso. igitur ex natura rei puenit ista vnitas: sicut ex parte fundamenti remoti. sicut supra dicebať. Si dicať ad hoc qꝫ vnitas rationis que est fm speciem specialissimā non peruenit ab vnitate alicuius apparentis alteriꝰ ab ipsa re: sed ex ipsa re que dicitť vna specie: tamen vnitas generis peruenit ex vnitate alicuius apparentis alteriꝰ ab illo: qđ dicitur esse vnū: hoc non videtur valere: quia qꝫ vnitas speciei sumaťur ex natura rei: que dicitť esse vna specie hoc est ꝓpter hoc: qz illa que sunt eiusdē spēi bñ cōformitatē z similitudinē inter se: z ex natura rei. Sed sicut ea que sunt eiusdē speciei habent simplr cōformitatē z similitudinē ex natura rei: ita etiam illa que sunt eiusdē generis ex natura rei habent cōformitatem z similitudinē licz diminutā respectu similitudinis z cōformitatis speciei. Aliogn nō plus eēnt eiusdē generis homo z equus q̄ homo z albedo. Et ideo videť alys qꝫ talis vnitas obiectiue vel spēi vel generis habeat fundamētū remotū cōformitatē realē que est inter res q̄ sunt eiusdē speciei vel generis: q̄ quidez cōformitas cōuenit eis in esse reali: qz sicut diuersitas rationis se habz ad diuersitatē rei. ita vnitas rationis ad vnitatē rei vel cōformitatē: sed fm opionē cōiorē quā credo veriorē diuersitas fm rationē habz ortū a diuersitate reali: sicut ad fūdamento remoto. igitur ꝛc. ¶ Sed cōtra hoc videť eē difficultas: qz cū cōformitas vel similitudo sit eoꝝ que sunt diuersa realiter: z diuersoꝝ realiter non sit aliqđ cōe vnū realiter: sed tñ fm rationē videť qꝫ oīnis conformitas z similitudo dicant aliqđ vnū fm rationē tantū: sed fm te vnitas speciei z generis: que est vnitas fm rationē fundať super cōformitatē vel similitudinē. igitur vnitas rationis fundať super vnitatē rationis: qđ est incōueniens: z cōtra propositum. ¶ Ad hoc dico qꝫ aliqđ vnū potest esse duoꝝ dupliciter. Uno modo qꝫ sit vtriusqz per predicationē: sicut homo est quid cōmune sorti z platoni: z isto modo non pōt esse aliqđ vnū duoꝝ. nisi fm rationē. Alio modo potest aliquid esse duoꝝ vnius vt subiecti in quo est: siue vt eius de quo predicetur. z alterius vt termini: sicut cōformitas siue similitudo soꝛ. ad plato. z eodē modo huiꝰ equi ad hunc equuz: z hec cōformitas est ipsius soꝛ. vel istius equi vt subiecti in quo est z est ipsius platonis vel istius hominis vt termini ad quē est: z isto modo vnū z idem numero: qđ est vnum fm esse reale: potest etiam esse duoꝝ: sicut diffu

Opio nolentium.

se declaratū in precedēti quolibet: ⁊ ista ꝯformitas vnius rei ad alterā: ⁊ econuerso est causa vnitatis obiectiue ſm rationem: ⁊ etiā vnitatis cōceptus quantuz ad illos intellectus qui vno cōceptu nō possunt considerare nisi vnā rationē obiectiuā: sicut potest poni exemplū de pluribus calidis que si mouent aliqō vnū subiectū ad calorem non mouerent nisi ad vnū calorē ꝓpter cōformitatē quā habent inter se: sicut diffuse dictum est in precedenti quolibet. ¶ Dico autē rez esse fundamētū remotum: quia talis vnitas obiectiua non cōuenit rebus nisi prout sunt obiectiue in intellectu: ⁊ ideo talem vnitatez habent a re: sicut a fundamento remoto mediante itellectu qui ab eis natus est moueri: sicut ad apprehendendum vnā rationē obiectiuā: ⁊ sic patet de scōo. ¶ Quātum ad tertiū: qualr. scz differant equiuocū ⁊ vniuocuz ⁊ analogū difficile est videre: qz difficile est videre qūo possit dari medium inter vniuocū ⁊ equiuocū: quia vt videtur oē nomē vel est eguocū vel vniuocū: qō ꝓbatur sic: qz omne nomen vel significat vnā rationē vel plures vel nullam: si nullam. nihil significat: ⁊ sic nō est eguocū: nec vniuocū: nec analogū: qz nec ē vox sigñatiua: si significat vnā rōnē trī est vniuocū: qz nomē ē vniuocū vbi est vnitas noīs ⁊ vnitas rei significate ꝓ illud nomē. Si significat plures rationes: tunc est nomen equiuocū quia nomen equiuocum est quādo est vnū nomē ⁊ plures res significate per illud nomen: ⁊ sic oē nomen: vel est vniuocum vel equiuocū si accipiat nomen pro voce significatiua: ⁊ hoc credo esse verū ⁊ necessariū: ꝙ omne nomen vel est vniuocum: vel equiuocuz: ⁊ credo ꝙ alij idem tenent: ⁊ qz dicit ꝙ est qōdā nomen analogus preter vniuocū ⁊ equiuocū: siue cum vniuoco ⁊ equiuoco: de hoc potest esse diuersitas quid verius cōueniat analogo. s. esse vniuocū vel equiuocū. ¶ Dicunt ergo qdaz ꝙ in specie specialissima est perfecta vniuocatio: qz ibi est vna ratio sigñata per terminū ⁊ equaliter cōueniēs contentis sub termino: in genere aūt est vniuocatio imperfecta: qz licz vna res sit sigñata per terminum: nō tamen equaliter cōuenit cōtentis sub termino: nam semꝑ genus diuidit in diuersas species: quarū vna est perfectior altera. Analogum autez vt dicunt: nec dicit vnam rem simpliciter: nec equaliter conuenientē cōtentis: sed dicit vnū ſm proportionē. Sed illud non videt hñ dictū q̄tū ad hoc qō dicit ꝙ licz rō generis sit vna: nō tamen equaliter ꝛuenit contentis sub genere: qz ista eq̄litas qua dr̄ rō spēi cōuenire ꝓtētis sub ipsa eq̄liter: ⁊ ista inequalitas qua dicitur genus non conuenire equaliter contentis sub ipso: aut dicunt equalitatē aut inequalitatem essentialitatis: vt. s. eque essentialiter conuenit spēs ipis idiuiduis. puta homo sor. ⁊ platoni: ⁊ animal qō est genus essentialiter conueniat homini ⁊ equo non eque essentialiter: aut dicunt equalitatem vel inequalitatem imperfectionis in cōtentis sub rōne cōmuni rei. Si primo modo falsum est: quia eque essentialr equus est animal sicut homo: licz nō sit ita perfectum aial. Si secundo modo nihil ad propositū: qz inequalitas cōtentoruz non respicit directe ⁊ primo ⁊ per se habitudinē contentorū maiorē vel minorē ad ipsum cōe: sed respicit habitudinem vnius ad alterū prout vnuz ſm suum propriū excedit alterū: nō autē ꝙ vnū excedat alterū in cōmuni qō ei cōuenit prout accipit in cōmuni. ¶ Scōo qz cū linea maior sit perfectior minore: sequeret ꝙ nec i specie specialissima esset perfecta vniuocatio. Dico ergo quātū ad hoc ꝙ vniuocatio eēntialis: de qua loquimur: est: qñ scz vna ratio cōuenit pluribus que est essentialis cuilibz de illis pluribus: ita ꝙ nō vni cōueniat ex attributione ad alterū: sed vnicuiqꝫ ex seipso: ⁊ ex natura sua formaliter cōuenit illud cōmune: ꝙ tunc est vniuocatio eēntialis de qua loquimur. Et verum est ꝙ talis vniuocatio minor est in genere q̄ in specie specialissima: non ꝓpter illaz causaz quā illi dicebant: qz scz genus iequaliter cōueniat suis speciebus: licz spēs sint inequales: qz aliō est aliquid inequaliter cōuenire pluribus: ⁊ illa quibus cōuenit esse inequalia in proprys suis: sed quia minor vnitas videt esse in illa ratione quā iportat genus. q̄ in illa quā iportat species: sicut etiā in fundamēto talis vnitatis est minor cōformitas inter res diuersarū specierū eiusdē generis q̄ inter idiuidua eiusdē speciei. Dia aūt talem vnitatez non habentia cōformitatis eēntialis nō habent aliqō vnū nomen vniuocū eēntiale: licz possint habere vnum nomen vniuocū denominatiuū. Quomō autē dicant quedā equiuoca: ⁊ quedā non: videt mihi ꝙ ista sit causa: qz cū ita sit ꝙ equiuocus dicit illud nomen qō significat plres res: iste res possunt accipi absq; aliqua cōnexione iter se vel in tertio. ita ꝙ nec vna habet attributionē ad alterā: nec ambe ad tertiā: ⁊ nomen significans tales plures res dicitur nomen mere equocuz: ⁊ equiuoca talia etiā dicunt a quibusdā a casu equiuoca: sicut si aliquis non attendens aliquā similitudinē inter aliqua duo idem nomen imponat eis. Alio modo aliqō vnū nomen potest significare plures res. Quarus vna habet attributionē ad alterā: vel ambe ad tertiam: ⁊ tale nomē est quoddā simplr equiuocū: sed tamē propter cōnexionē talē que est iter res significatas per terminū dicit analogū siue ꝓportionabile. vbi gra. sanum de aiali ⁊ sanū de medicina dicunt diuersas res. Quarꝫ vna habet attributionē ad alterā: nam medicina dicit sana: qz est effectiua sanitatis: que est in aiali. aial autem dicitur sanum: qz habet in se formaliter istam sanitatez: cuius medicina est effectiua: sanum autē dictū de medicina ⁊ de vrina dicit ſm diuersas res habentes attributionem ad tertiā: nam ambe sanitates dicte de vrina ⁊ de medicina habent attributionē ad sanitatē: que est in animali: nam medicina dicitur sana: qz efficit illam sanitatem. Urina autē quia indicat eandem: vnde sanuz de vtroq; dicitur analogice: talia igitur equiuoca quorum rationes habent tales cōnexiones vel ſm causalitatem effectiuam: vel ſm habitudinē signi ad sigñatū: vel ſm aliquā aliam habitudinem dicunt analoga. alia autem noīa significantia diuersas res non habentes talē cōnexionē vel attributionem dicunt mere equiuoca. ¶ Notandū trī est: ꝙ licz aial medicina ⁊ vrina dicāt sana eguoce: tamē oēs medicine dicūt sane vniuoce: ⁊ similiter oēs vrine vniuoce denoiatiue: qz scz oēs vrine habent similem habitudinē ad sanitatē aialis. scz indicatiuaz: ⁊ similiter omnes medicine habent similez habitudinē. scz effectiuam: ⁊ sic patet de scōo. scz qualiter differant vniuocū: equiuocum: ⁊ analogum. ¶ Quantū autē ad tertiuz. ſ. vtrum diuersis predicamentis sit vnū nomen cōmune vniuocum: sciendū ꝙ dupliciter est nomē vniuocū sicut dictum est. ſ. denominatiuū ⁊ essentiale: si loquimur de vniuoco denominatiuo: sic nihil prohibet: vt mihi videt: aliqō nomē esse vniuocū cōe diuersis predicamentis: quia illa que similē habitudinez possunt habere ad aliqō vnum vnius rationis: possunt habere vnū nomē vniuocum vniuocatione denominatiua: sed diuersa predicamenta possunt similē habitudinē habere ad aliqō vnum vnius rationis. igitur ꝛc. ma. ꝑz ex dictis. ꝓbatio mi. quia quādo dicit substātia est intellecta ab homine: ⁊ similiter quātitas ⁊ qualitas sunt intellecte ab homine: ista habent similem habitudinē ad itellectū ho-

Verueus ℈ 4

Ad ē nomē ꝑz ista doctorē. ⁊ ⁊ sicꝰ idē ꝑz. est vel vniuoci vl eguocum.

Nota quare analogū sub eguoco cōtinet: ⁊ ista etiā sunt sua doctij ſm ꝓdicamenta.

Contra dicentes rōnez generis nō eq̄liter cōuenire contentis.

Quid est vniuocatio eēntialis.

minis.scz habitudinē obiecti ad qō terminat' cognitio vt ad obiectum cognitum. Omnis enī intellectio humana est eiusdem rationis saltem quantū ad vnitatem generis. igitur ꝛc. ¶ Puto etiam quantum mihi occurrit nunc ꝙ esse in: sicut in subiecto vniuoce dicit' quantum ad ipsam habitudinē quā importat in: de qualitate ꝛ quātitate: licz enim essentia que formal'r ꝛ essential'r p̄dicat' de quātitate ꝛ qualitate non dicat' de eis fm quosdam vniuoce: tamen ista habitudo importata per in. denominatiue: siue sit habitudo rei siue rationis vniuoce cōuenit eis predicatione denominatiua: qz illa habitudo nō dicit formaliter ipsam essentiam quātitatis vel qualitatis: dato etiam ꝙ nullam rem addat super essentiā accidentis: ꝛ super essentiam substātie in qua est. aliogn nullum accidens posset esse nisi in subiecto virtute q̄cūq;. Etiam entia rationis vniuoce. q. cōueniunt eis vt mihi videtur. vnde albedo ꝛ homo sunt speꝯ specialissime vniuoce. similiter quātitas qualitas sunt genera generalissima vniuoce. ¶ Quantū ad vniuocum essentiale. vtrum scz vnū nomen cōmune vniuocū vniuocatione essentiali possit esse cōmune diuersis p̄dicamentis: sunt tres opiones. Quarum vna dicit ꝙ sic: ꝛ hec probatur 14. rationibus. ¶ Prio sic: qz illud qō dicit vnū conceptum abstrahentem ab aliquibus ꝛ cōmunē illis videtur esse vniuocum respectu illoꝝ: sed sic se habz ens ad substantiaz ꝛ accidens. igitur ꝛc. Probatio ma. qz illud qō dicit vnum conceptū dicit vnam rationē obiectiuā: sed illud qō dicit vnam rationē obiectiuā cōmunē pluribus est vniuocum: vt patet ex dictis. igitur ꝛc. Minor autem probatur: qz ens dicit vnum conceptū: vt videt': abstrahentē a conceptu substantie ꝛ accidentis: qz illud qō habet conceptū certū alys existentibus dubys dicit cōceptū abstrahentē ab illis: sed conceptus entis est certus de aliquo: existente dubio conceptu substantie accidentis: sicut patet ꝙ scimus ꝙ potētie anime sunt entia ꝛ ignoramus vtrum sint forme substātiales vl' accidentales. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic: qz illud ꝙ dicitur tale ab aliquo cōmuni vnius rationis est vniuocuz: sed ens est huiꝰ: qz ens dicit' ab esse qō videt' esse vnius rōnis: g̃ ꝛc. ¶ Tertio sic: qz nomen cōmune in equiuocis pōt vere negari de quolibet cōtentoꝝ ratione alterius significati. vñ ista est vā: canis nō est canis: nā canis latrabilis nō est canis qui est piscis marinus: vl' sidus celeste: sed ens non potest negari de ente vere. Unde pbs p̄ pby. cōtra parmenidez hz per incōuenienti ꝙ ens sit nō ens: vl' ꝙ ens cōmune sit obiectuz formale intellectiue potentie. igitur ꝛc. ¶ Quarto sic. vnius sciētie debet eē vnū obm formale vnius rationis. scz ens cōmune est huiꝰ: quia est subiectū formale in metaphysica. igit' ꝛc. minor patet. p batio ma. qz ois demōratio debet habere terminos eiusdem rationis. Alioquin sillis demonstratiuus ꝛ paralogism⁹ non differrent: sed demōstratio nō pōt esse eiusdē rōnis nisi obm esset vnius rōnis. igit' ꝛc. ¶ Quinto sic. qz p̄ma p̄ncipia cōplexa habent terminos vnius rōnis vt videt'. alioquin aliquis posset decipi in eis. Cuius cōtrarium dicit pbs. 4. meta. Sed p̄ma principia cōplexa cōponunt' ex terminis cōmunibus oibus predicamētis sicut ex esse ꝛ non esse: sicut qñ dr̄ ꝙ ipole est idē eē ꝛ nō esse: ꝛ per ꝯs ens ꝛ nō ens sunt termini vni⁹ rōnis: siue termini quoꝝ vnusquisq; dicit vnā rōnē: sed terminus dicēs vnā rōnem est vniuocus. igitur ꝛc. ¶ Sexto sic: qz quātitas est ens vnius rationis: sed de quātitate pōt sciri ꝙ sit ens; existente dubio vtrū sit substātia vel accidens. Quia vt pz 7⁹ metaphy. multi dubitauerunt vtrū quātitas esset accidens ꝛ haberet aliquid p̄us se in quo esset sicut in subiecto. ergo ꝛc. ¶ Septimo sic: qz passiones cōmunes debēt conuenire alicui cōmuni vni⁹ rōnis: sed q̄dā sunt passiones q̄ cōsequunt' ens cōe in eo ꝙ ens. ergo cōe ens dicit vnā rē: ꝛ p ꝯs est vniuocū. ma. pz. qz passiones cōes cōueniunt illis q̄bus cōueniunt p vnam cām cōem. mi. etiā patet per pbm. 6⁹ meta. vbi dicit: ꝙ metaphysicus ꝯsiderat que cōueniūt enti inquātū ens. ¶ Octauo sic: qz ens magis dicit aliqd vnū cōe vniuocū predicabile de diuersis predicamentis: q̄ aliqd aliud: qz eis est magis essentiale q̄ aliquid aliud. Sed aliqd aliud p̄dicat' de diuersis p̄dicamētis. scz. accns qō est vni⁹ rōnis: qz accns dic' istā rōnē q̄ est adeē ꝛ abeē p̄ter subtī corruptōez: que rō inuenit' cōiter in oi accidēte. igitur ꝛc. ¶ Nono sic: qz vnū vt vnū est cōe diuersis p̄dicamētis: sed vnū vt vnū est vnius rōnis: qz dicit rōnē indiuisionis. igitur ꝛc. ¶ Decimo sic: qz qō si est: est qō vna: scz; nō eēt qō vna si ens nō eēt vnius rōnis. igitur ꝛc. ¶ Undecimo sic: qz si ens vel eē nō diceret vnā rōnē cōez: nō differret qō si est: ꝛ qō qz est: boc autē ē falsuz. igit' ꝛc. falsitas ꝯntis pz per pbm g scdo poste⁹. ponit eas eē diuersas qōnes: p batio ꝯntie: qz si ens nō dicit vnā rē: scz plures: tūc idē eēt querere si bō est: ꝛ si bō est suba vel accidēs: scz q̄rere si bō est suba vel accns est q̄stio qz est: scz in qōne si est. est est. scdo adiacens. igit' ꝛc. ¶ Duodecimo sic: qz si idē est dr̄e. ois bō est ens. ꝛ ois bō est suba: tunc ita vere negaret' bō de aliquo per nō esse ens. sicut p nō esse subam. hoc est falsuz: qz homo negat' de albedine p hoc ꝙ albedo nō est suba. nō aūt p hoc ꝙ albedo nō sit ens: qz albedo est ens. g̃ ꝛc. ¶ Decimotertio. qz illō cui rñdet oppositū vni⁹ rei est vnius rōnis: sed ipsi eē rñdet oppositū vni⁹ rei. g̃ ꝛc. minor pz p Aug^m. de imortalitate aie dicēte ꝙ ipsi nō est nō est ꝯriū nisi eē: ꝛ eꝰ. ¶ Decimoquarto sic: qz plus pōt cōuenire vnius cōceptus vni⁹ rōnis diuersis predicamētis q̄ enti reali ꝛ enti rōnis: scz cōceptus vni⁹ ꝯnis pōt cōpetere enti reali ꝛ enti rōnis. ergo ꝛc. pbatio mi. qz possum scire per certitudinē me cogitantē aliquid: ꝛ dubitare vtrū illud aliqd sit ens rationis: puta figmētū vel ens reale: sed hoc non esset nisi illud aliquid cognitū diceret aliquē vnū conceptū vni⁹ rōnis cōem enti reali ꝛ enti rōnis. g̃ ꝛc. ¶ Scda vero opio ponit ꝙ bene diuersis predicamētis cōuenit aliqō nomē vnū cōe vnius rationis: tamē non ponit ꝙ illud sit ꝓprie vniuocum. Primū ostendunt per rōnes supra positas. Scōz vo. s. ꝙ illud nomē sit vnius rōnis nō ꝓprie vniuocū declarant sic: qz vt dicunt: vniuocum ꝓprie est illud qō dicit vnā rōnē cōem multis: que eodez modo cōuenit illis multis: sed illud nomē vnius rōnis qō cōuenit diuersis predicamētis nō cōuenit ipsis eodē modo: qz suba ꝛ accns: alio ꝛ alio mō sūt entia: nā accns est ens in alio: suba vo est ens p se. ¶ Tertia opio ponit nō obstātibus oibus bis ꝙ nō est aliqō cōe vniuocū diuersis p̄dicamētis: nec etiā aliqō cōmune vnius rationis: ꝛ loquor hic de vniuoco essentiali: sicut est de colore respectu albedinis ꝛ nigredinis: ꝛ sic de ꝯsilibus. ¶ Ad cui⁹ euidētiā sciēdū ꝙ alr cōpat' vox ad diuersa signata p ipaz equoce ꝛ alr vniuocū cōe ad ptes subiuas contentas sub ipso. nā vox equoce signans pla cōparat' ad qōlibet illoꝝ: sicut ad illud qō significat' per ipsam: quantum ad suam ꝓpriā rōnem. verbi gra. canis imponitur ad significandū canē latrabilē quantū ad suaz ꝓpriam rōnē: ꝛ simil'r piscē marinū: ꝛ ꝓpter hoc dicit' nomē equocū: qz partes plures significat subiectiuas imediate. Nomē vero vniuocū nō cōparat' ad ptes subiuas: sicut ad significata propria: vnde nō significat totā rationez ꝓpaz vniuscuiusq; ꝛētoꝝ sub ipo. Aliogn signaret plu-

Opio Scoti in prio ꝯtraz distinctiōe. 3. q. 1. ꝛ. 3. ꝛ 1. 8. distin. primi q. 3.

Ter. cō. 26.

Ter. cō. 19.

Ter. cō. 49.

Scda opio.

Tertia opio.

in aggrediendo ardua actus sit proportionatus viribꝫ aggrediētis: ⁊ quantitas cibi sit proportionata complexioni recipientis. ergo medium in predictis virtutibus est medium quo ad nos. hoc etiam inuenitur in aliquibus aliis virtutibus. sed pretermitto. Jn iustitia vero precipue commutatiua est medium rei ⁊ non medium quo ad nos: quia sicut iam dictum est: tunc dicitur medium rei quādo determinatio medij accipit ex parte materie circa q̄ est virtus: vt cui debet actꝰ virtuosus proportionari. sed determinatio medij in iustitia cōmutatiua habz sic accipi ex parte materie: circa q̄ est virtꝰ iustitie. ergo ⁊c. Maior pz ex dictis: ⁊ minor probat̄: quia ex parte illiꝰ accipit̄ medium virtutis: cui maxime habz proportionari q̄titas rei: circa q̄ habet operari virtuosus: ad hoc ꝙ inueniatur in eius actu ratio virtutis: sed q̄titas ipsiꝰ rei circa q̄ est virtus: que est iustitia cōmutatiua: debet maxime proportiōari ipsimet materie: ita ꝙ cū due res sint semper materia talis virtutis. ſ. datus ⁊ acceptū: ratio ipsiꝰ iustitie in hoc est: ꝙ vnuz adequat̄ alio in valore. ergo determinatio medij in iustitia commutatiua habet accipi ex pte materie circa q̄ est. vnde ad hoc: ꝙ taxet̄ medium in materia iustitie cōmutatiue nō attendit̄: vtrū dans vel accipiens sit sanus vel infirmus sic dispositus: siue vtrū sit indigens vel non indigens: aliogn fm diuersaz indigentiā vendentiū ⁊ emētium statueret̄ preciū rerum venaliū: ꝙ falsuz est: quia tūc in codē foro ille qui magis indigeret rē equalis valoris deberet magis vendere: ꝙ est falsuz. vnde sicut dictū est: in iustitia cōmutatiua medium ponendū est de ratione fm proportionē dati ⁊ accepti in equalitate valoris. ¶ Notandū aūt: ꝙ illi inter quos est cōtractus: in quo dz seruari iustitia: possunt accipi vt materia virtutis: ⁊ vt exercentes opꝰ virtutis. verbi gra. quādo aliqs vendit ⁊ aliꝰ emit. si accipiat̄ vendēs prout est obiectū cui debet emens aliqd dare: tūc emens se habet vt operans virtuose: siue vt exercēs opus virtutis: ⁊ vendēs se habet vt materia virtutis: econuerso: ⁊ si consideret̄ ipse vendens prout recipit ab emente ponēs medium in eo qđ recipit: ⁊ ipse emens consideret̄ nō vt aliqd agēs: sed prout vendens habet aliqd agere circa ipsuz. ſ. dando equale rei q̄ accipit: emens se habet vt exercēs opꝰ virtutis: ⁊ vendens vt materia: circa q̄ virtuosus agit: ita ꝙ possunt considerari mutuo: ⁊ vt tūc exercens opꝰ virtutis ⁊ vt eiꝰ materia. Modo dico: ꝙ quādo pono: ꝙ medium virtutis non est medium quo ad nos: sed medium rei: circa q̄ est virtus. Jntelligendum est: ꝙ non est medium quo ad nos: prout nos consideramur vt exercētes opꝰ virtutis: prout aūt ꝛsideramur: vt materia virtutis bene potest accipi in iustitia medius quo ad nos: sicut si duo homines diuersarū conditionū venderent̄ in seruitutē: medium in talibꝰ venditionibꝰ acciperet̄ fm conditionē illoꝝ q venderent̄: ⁊ sic quo ad illos boies bene acciperet̄ medium virtutis iustitie: sed non prout sunt exercentes opꝰ virtutis: sed prout sunt materia virtutis. ¶ Ad argumēta vtriusq̄ partis: quia aliquo modo falsuz concludūt: respondendū est. Ad argumentuz ergo factum ad primā partē dicendū: ꝙ medium virtutis dicit̄ medium rationis: ⁊ qz a ratione apprehensum: ⁊ qz a ratione cōstitutū: ⁊ qñ dicit̄: ꝙ non pōt a ratiōe eē apprehēsuz: qz medium: circa ꝙ est virtus est finis. ratio aūt practica est eoꝝ: que sunt ad finē. dicenduz: ꝙ ratio practica est eoꝝ: que sunt ad finē vt conclusionū: ⁊ cum hoc est ipsiꝰ finis vt principioꝝ. ¶ Jteꝫ etiā: licet ratio practica nō sit ipsiꝰ finis accepti in generali vt cōclusio alis: sed vt principij: qz ratio practica accipit hoc: ꝙ est sobrie viuere non vt conclusionem: sed vt principium: cum determinatio talis medij: ⁊ talis finis in tali materia: puta ꝙ talis tantum comedat de hoc cibo: potest bene esse conclusio rationis practice. ¶ Et quando dicitur: ꝙ non potest esse medium a ratione constitutum: quia tale habet debile esse: ⁊ non habet esse ratum in natura: patet per illud: ꝙ dcm̄ est in principali questione: vt dcm̄ est: ꝙ aliqd dupliciter constituit̄ ab opere rationis siue a ratiōe. vno modo habet esse ratum: ⁊ alio modo nō habet. mediū aūt virtutis est ex opere ratōis modo quo aliqd a ratione constitutū habet esse ratuz ⁊ firmū. ¶ Ad aliud factū ad aliā partē dicendū: ꝙ dupliciter deficit. primo qz p cōmutantes q emūt ⁊ vendūt nō accipit̄ mediū per comparationē ad indigentiā nostram imediate. sed per cōparationē eius: qđ accipit̄ ad preciū: qđ pro eo accipit̄: ⁊ econuerso. ſ. per comparationē precij ad illud: qđ est appretiatū. vnde supposito valore rerū: que cōmutant̄ fm ꝙ plus vel minus indigemus fm valorez presuppositū rerū: quas cōmutamus adequamus vnam alteri: non aūt attendimus adequationez eoꝝ imediate ad personas cōmutantes. Jn alio etiam deficit: qz dato ꝙ in accipiendo mediuz in pretio rerū venaliū attendat̄ indigentia nostra nō materia in statuēdo tale mediuz attēdit̄ indigentia nostra: nō put sumus exercentes actū virtutis: sed prout sumus materia virtutis: qz ille qui statuit preciū rerum venaliū fm ꝙ plus vel minus cōitas indiget eis ipsoruz statuit medium: nō attendendo indigentiā propriā: sed attendendo indigentiā cōmunitatis ⁊ eoꝝ circa quos exercet opus virtutis: ⁊ ideo adhuc stat ꝙ mediuz iustitie accipit̄ ex parte rei circa q̄ est virtꝰ: ⁊ non quo ad nos prout sumꝰ exercentes opꝰ virtutis.

Einde querebat̄ de homine q̄tum ad defectū vitij siue peccati: ⁊ primo quo ad peccati entitatem. secūdo quo ad peccati cōmissionē. tertio quo ad eiꝰ vitationē. ¶ Quo ad peccati entitatez primo querebat̄: quo ad iustitiam. secūdo quo ad inobedientiam: que est adnexa iniustitie. ¶ Quantū ad primum primo querebat̄ de restitutione ablati. vtruz. ſ. de omni ablato debeat fieri restitutio. ¶ Secūdo de redditiōe promissi. vtrum. ſ. si aliqua contraxit sponsalia cum aliquo ⁊ ille vadat ad lōginquas partes teneatur ipsa expectare eum. ¶ Tertio de redditione debiti matrimonialis. vtrū. ſ. si aliqs contraxit de facto cuz ea: que erat affinis sua: sed occulte: teneatur reddere debitum.

¶ Questio. XIIII.

Ad primum sic proceditur: ⁊ arguit̄ ꝙ semper res ablata debeat restitui: qz illud debet fieri sine quo homo manet in peccato. sed non dimittitur peccatū: nisi restituatur ablatū: ergo ablatū est semper restituendum.

Contra restitutio ablati fit vt fiat reductio ad eq̄litatē: sed ipa ablatio est alteriꝰ redactio: ad equalitatē: sicut quādo aliqs accipit de bonis alicuius ipso ignorante trī: q̄tū sibi debet. g̃ ⁊c.

Respondeo non quecūqz acceptio rei: que est in possessione alteriꝰ proprie ablatio dici pōt: sed acceptio iniusta pōt esse dupliciter. vno modo rei accepte: vt quando aliqs accipit rez non suā: ⁊ sic de ablato tenet̄ auferēs facere restitutionē: cuiꝰ ratio est: quicūqz detinet rem alienaz inuito domino peccat contra dictum rei: quia ei iniuriat̄: sed ille qui auferet

Acceptio iniusta dupliciter ꝓtingit.

alicui rem suaz: in qua auferens nō habet ius: siue hoc faciat furtiue: siue palam detinet rez alienā inuito dño. ergo peccat. igit̄ opz: ꝙ restituat si vult vitare peccatuz: ꝛ de tali ablato itelligit̄: ꝙ non dimittit̄ peccatū donec restituat̄ ablatū. ¶ Alio modo contingit acceptionem eē iniustaz ratione modi accipiendi: qz. ſ. ipse accipiens facit se iudicē: ꝛ iniustitiariū in causa sua: nec in accipiendo rem suam siue rem sibi debitam seruat ordinem iuris: sic̄ si aliqs id qđ ei debet̄ ab aliquo potēte ꝛ nolēte soluere certā rē sine iuris ordie accipit: ꝛ in tali casu nō tenetur facere restitutionem de accepto: sed tenetur penitere ꝛ satisfacere de hoc: ꝙ iuris ordinez pretermisit: vel deo soli: si soli deo notum est: vel iudici simul ꝛ deo si notoriuz est. ratio aūt: quare non tenetur facere restitutionem de re sic accepta quantū ad rem acceptā pertinet: tacta est in opponēdo: quia ad hoc fit restitutio vt inequalitas iniurie: que iniustitia quedam est: reducat̄ ad equalitatem iustitie: sed inter illum qui accipit tantum rem sibi debitā: ꝛ illū a quo accepit: quantū ad rez acceptā non est inequalitas: sed potius reductio ad eq̄litatem. ergo talis quantuz est ex accepto non tenet̄ ad restitutionem: sed quia offendit iustitiam quantum ad ordinez iuris tenetur satisfacere de ista transgressione: aut soli deo: vt dictum est: aut etiam cū hoc iudici ꝛ parti: si sit notorium: quia vtrumq; ꝫ. ſ. tam iudicem q̄z partem offendit quādo fit publice. Ex his pz ad obiecta.

¶ Questio. XV.

B secundum sic procedi-tur: ꝛ arguitur: ꝙ illa que contraxit sponsalia cum aliquo teneatur eum expectare: si vadat ad partes longinquas: quia qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam: sed talis debet habere conscientiā de fractōe promissi: si nō expectet. ergo ꝛc̄.

Contra semper est succurrenduz in periculo: sed timendum est de periculo incontinentie si expectet: g̈ non tenetur expectare.

Respondeo dicenduz: ꝙ quando aliquis promittit obligatur ex sua promissione ad reddendū promissum: sponsalia aūt est quedam promissio mutua futurarū nuptiarū: ꝛ ideo tā diu tenetur quis ad futuras nuptias quaz diu manet obligatio ipsius sponsionis sine promissionis: illi ergo qui cōtrahunt sponsalia: aut ipsi ineunt pactū de mutua expectatione: puta ꝙ mutuo promittūt sibi: ꝙ ad duos vel tres annos expectabunt se mutuo ad contrahēdū: ꝛ tunc dico: ꝙ vterq; tenet̄ expectare vsq; ad illū terminū: quia vsq; tunc manet obligatio sponsionis: nisi forte alter eorum iret ad ita longinquas partes: ꝙ nō eēt probabile eum redire infra assignatū tēpus: qz tūc videt̄ ille q̄ sic vadit ad longinquas partes resilire a pacto. altero aūt resiliēte a pacto: vt tam patebit: ali⁹ nō manet obligat⁹. ¶ Si aūt nullū pactuz de expectādo vsq; ad certū terminū interuēiat: ꝫ absq; aliqua determinatiōe tpis ꝓmittūt: ꝙ contrabant in posterum. tunc aut persona remanens prestitit impedimentū matrimonio: aut non. si nō prestitit: tūc licite pōt cū alio contrahere: ꝛ tollitur obligatio vt patebit. si aūt prestitit: tunc quidem peccauit prestādo matrimonio impedimentū: ꝛ tenet̄ agere de hoc penitentiā: qz transgressa est ꝓmissuz: nihilominus tamē si ali⁹ vadat ad longinquas partes nō tenet̄ eum expectare: qz ex hoc ipso: ꝙ vadat ad longinquas partes: ꝫ alia voluerit complere promissum: tūc videt̄ resilire ꝛ resiliente altero: vt dcm̄ est: alius non manet obligatus: ꝛ hoc pz ex duobus. primo qz recedente illo cui fit aliqua promissio: ille qui promisit nō ampli⁹ obligat̄: resiliēs aūt videt̄ negligere ꝛ non curare de ꝓmisso. ideo ꝛc̄. ¶ Secūdo. qz nullus obligat̄ ad impossibile: est aūt impossibile matrimoniū fieri nō interueniente mutuo consensu. ille autez qui vadit ad longinquas partes videt̄ dissentire: qz dato ꝙ consentiret contrahere in reditu post multa tēpora: dissentit tn̄ ꝫhere mō quo erat obligat⁹: qz erat obligat⁹ absq; determinatōe tēporis: ꝛ sic ad statiz debet̄: ꝛ ideo psona remanens altero eūte ad partes longinquas nō manet obligata: nec per cōsequēs teneī expectare. argumēta ad vtrāq; partem facta parū valent: quādo dicit̄ primo: ꝙ ipsa debz habere conscientiaz de fractiōe promissi. dicendū: ꝙ in tali casu nō opz: ꝙ maneat obligata ex ꝓmissiōe. ¶ Oz aūt dicit̄ in alio argumento: ꝙ timenduz est de periculo. dicendū: ꝙ non est tale periculuz: ꝙ non possit absolute vitari. vnde manente obligatione ipsius promissionis propter ipsum non est frangendā promissio.

¶ Questio. XVI.

B tertium sic procedit̄: ꝛ arguit̄: ꝙ contrabēs cum affine occulta teneatur ei reddere debitum: quia qui non peccat non debet puniri: sed illa: que nihil scit de affinitate: ꝛ bona ꝫscia ꝫtrahit: nec in ꝫtrahendo peccauit: puniretur si ei non illud redderetur debitum: ergo ꝛc̄.

Contra nullus dz tale debituz reddere: nisi vxori: sed illa nō est vxor: g̈ ꝛc̄.

Respondeo dicenduz: ꝙ talis tali non debet reddere debitū: qz redditio debiti presupponit debitū: talis aūt tali non debet debitum matrimoniale. ergo nec tenet̄ reddere: imo tenet̄ non reddere: qz non esset actus matrimonialis: sed fornicarius. si aūt ignorat affinitatē: ꝛ haberet iustam causam ignorandi: teneret̄ sibi inuicē reddere debitū: quousq; veniret ad notitiā alteri eoz illa affinitas. ¶ Ad argumentū in oppositū dicendū: ꝙ illa non punit̄ in hoc: ꝙ ille ei nō reddit debitū: qz ille ei tale debitum non debet: qz cū delusit eam cū sciret eā affinē suū: vt ponit̄ debet in alys satisfacere ꝛ emendare.

Einde queritur de his: que pertinent ad inobedientiaz: ꝛ primo de ipsa inobedientia: vtrum. ſ. excōmunicat⁹ maiori excōmunicatione imiscens se diuinis peccet mortaliter. secūdo queritur de peccato inobedie tie: ꝛ est vtrū minor excōmunicatio sit pctm̄ mortale.

Questio. XVII.



B primum sic procedit̄: ꝛ arguit̄: ꝙ excōmunicatus maiori excōmunicatione imiscēs se diuinis nō peccet mortaliter: quia nullus faciendo bonum peccat: talis facit bonum opus: ergo ꝛc̄.

Contra inobediētia est peccatū mortale: talis est inobediens: ergo ꝛc̄.

Respondeo dicendū: ꝙ perfecta ratio precepti cōsistit in hoc: ꝙ aliquis facit contra superioris preceptū: non aūt si faciat contra monitionem vel consilium: constat aūt: ꝙ preceptū ecclesie est de hoc: ꝙ excōmunicatus maiori excōmunicatione excludat̄ a diuinis: ꝛ ideo quicūq; facit cōtra hoc sit excōmunicatus maiori ꝛcommunicatione imiscendo

se diuinis: siue etiam alys participando cum excõmunicato in eisdẽ simpliciter inobediens ecclesie: ⁊ facit contra preceptũ ei⁹. ergo peccat mortaliter. ¶ Ad rationẽ in oppositum dicendũ: ꝙ ly faciat bonũ opus ex genere: nõ tamẽ bene: ⁊ ideo peccat. Questio. XVIII.

D secundum sic procedi-tur: ⁊ arguit: ꝙ minor excõmunicatio sit peccatum mortale: qz nihil excludit hominem a sacramentis: nisi peccatum mortale: sed minor excõmunicatio excludit a sacramentis. ergo ⁊c.

Contra sicut est in corporalibus: ita ⁊ in spiritualibus: sed modicum nocumentum corporale non infert mortem corporalem. ergo nec loquutio modica vel aliquid consimile: pro quo incurrit minor excõmunicatio infert mortem spiritualez: nec per consequẽs facit incurrere peccatũ mortale.

Respondeo dicendum: ꝙ nulla excõmunicatio est peccatum: sed est pena peccati. vnde questio vt fuit ꝓposita nulla est: quia nec maior: nec minor excõmunicatio est peccatum: ly causa pro qua infertur excõmunicatio si iuste infertur est peccatum. ¶ Causa autem pro qua incurritur excõmunicatio minor est participatio cũ excõmunicato. dupliciter autem potest aliquis participare cum excõmunicato. vno modo in crimine: ⁊ sic qui participat cum excõmunicato peccat mortaliter: sed ad hoc peccatuz non facit excõmunicatio: sed genus facti ꝙ perpetrat. Qui enim participat cum aliquo in crimine: siue ille cum quo participat excõmunicetur: siue nõ: semper peccat mortaliter: quia cooperatur peccãti mortaliter. Alio modo potest cõmunicare. s. non in crimine: sed in alys: ⁊ hoc dupliciter: quia aut cõmunicat in diuinis: aut in humanis. si in diuinis peccat mortaliter: ⁊ ratio huius est: quia sicut cõmuniter dicitur excõmunicatio est preceptum ecclesie excludens excõmunicandum a cõmunione aliorum fidelium quantum ad cõmunionem inter fideles in eo ꝙ fideles: cõmunio autem fidelium in eo ꝙ fideles est cõmunicatio in diuinis. ergo ex precepto ecclesie tenetur quilibet fidelis vitare excõmunicatum in diuinis: sed qui facit contra preceptuz: siue contra illud ad ꝙ tenetur ex precepto: accipiendo preceptuz proprie ꝓ eo quod includit obligationem simpliciter ad obediendum peccat mortaliter. ergo cõmunicans cum excõmunicato in diuinis peccat mortaliter. ¶ Si autez cõmunicet aliquis cuz excõmunicato in humanis: puta in loquẽdo comedendo bibendo: ⁊ sic de alys. si hec faciat nõ ex contemptu: sicut cõmuniter ponitur: non peccat mortaliter: sed venialiter: cuius ratio est: quia quedam sunt que directe sunt contra preceptum: sicut fornicari: vel aliquid tale: ⁊ talia sunt peccata mortalia: quedam autẽ sunt que directe non sunt contra precepta: sed sunt quedam occasiones cõmittendi ea: que sunt contra preceptuz: sicut aspectus inordinatus: ⁊ talia si fiant ex deliberato proposito in ordine ad ea que sunt cõtra precepta sunt peccata mortalia. vt si aliquis ex proposito deliberato intueretur mulierem ad hoc ꝙ moueretur ad habendum rem cum illa: quia iam sortiuntur conditionem illorum. quoꝝ sunt occasiones. ¶ Si autem fiãt non isto modo: sed ex quadam leuitate: sunt peccata venialia: sicut si aliquis ex quadam leuitate dirigat aspectum super aliquam mulierez. nunc ita est ꝙ participare in humanis est quasi quedaz occasio participandi in diuinis cum nutriant familiaritatem: ⁊ ideo si fiant ex contemptu ecclesie iam ex intentione facientis contrariantur precepto: ⁊ ordinantur ad transgressionem precepti. si autem fiãt ex quadam leuitate non important transgressionem precepti simpliciter: ⁊ sunt peccata venialia. ¶ Ad vltimuz argumentũ respondendũ: ꝙ aliquo modo vtrũqz deficit. ¶ Ad argumentum. ergo factum ad partem affirmatiuã. dicenduz: ꝙ per modum culpe nihil excludit simpliciter a sacramẽtis: nisi peccatum mortale: quia peccatum veniale simpliciter: ⁊ ꝑm se: non facit hominem indignum participatione sacramentoruz. sed aliquid potest per modum pene excludere a sacramentis: absqz hoc ꝙ sit peccatuz mortale: vel etiam peccatuz quodcũqz: sicut ꝑz de imũditia aliqua corporali: isto autez modo minor excõmunicatio excludit a sacramentis. ¶ Ad aliud autem quando dicitur: ꝙ illud pro quo incurrit minor excõmunicatio: est modicum quid: nec debet inferre mortẽ spiritualẽ. ¶ Dicendum: ꝙ quando aliquis absolute participat in diuinis: vel si in alys participet ex contemptu: ly corporaliter sit modicuz: considerato spatio temporis: vel pluralitate verboꝝ spiritualiter non pensata quantitate contẽptus est valde magnum. Questio. XIX.

Einde queritur de peccato quãtum ad eius cõmissionẽ: ⁊ est vna questio: vtruz. s. Adam peccare potuit edendo pomuz: ⁊ arguitur: ꝙ nõ: quia homo bone complexionis nõ appetit cibũ inconuenientem ⁊ mortiferum: sed Adam ante pomũ erat optime complexionis: ⁊ pomũ illud erat cibus mortiferus. ergo Adaz non potuit illud appetere. ¶ ꝓ. omnis qui peccat errat. sed Adam ante peccatũ non potuit errare cũ error sit quedam pena: ⁊ pena non precedat culpaz. ergo nec potuit peccare.

Contra de facto constat: ꝙ peccauit. ergo peccare potuit.

Respondeo dicendum: ꝙ omnis creatura habens liberũ arbitriũ: considerata in suis naturalibus: vel etiam cuz quocũqz dono supernaturali: excepta gratia confirmante potest peccare: cuius ratio cõmuniter ponitur: quia omne agẽs: cuius ꝑncipiuz actiuũ põt deficere a sua rectitudine: põt obliqz ⁊ defectuose agere: ⁊ ℔ ꝑz: qz oz actionẽ siue operatiõez ꝛformari ꝑn⁹ actiuo: ly in creatura ℔te libeꝝ arb. ꝑn⁹ gdẽ elicit opõnẽ libe. arb. põt deficere. ḡ ⁊c. Ma. ꝑz: vt dcm̃ ẽ. Mi. ꝓbaꝫ: qz illud qõ nec est sua rectitudo: nec ad ips sua rectitudo nec̃io sequit̃. illud põt a sua rectitudine deficere: tale est illud: ꝙ elicit operationẽ lib. arb. in quacũqz rationali creatura nõ confirmata. ergo ⁊c. Adhuc minor hui⁹ sillogismi ꝓbatur: ⁊ primo quantum: ꝙ dcm̃ principiũ non est sua rectitudo: quia illud ꝙ ℔z rectitudinẽ ab alio ad ℔: nõ est sua rectitudo. ly si ponatur sola voluntas esse principiũ eliciens operationẽ libe. arbi. siue voluntas mota ab obiecto: tale ꝑncipium opz habere rectitudinem ab alio. s. a deo: cuius voluntati opz voluntatez creatam conformari. ad hoc ꝙ sit recta. ergo tale principiũ nõ est sua rectitudo: nec etiam ad ipsum sequit̃ de necessitate rectitudo: nisi confirmetur a deo per gratiam confirmantem: quia quandocũqz aliquid habet regulari ⁊ rectificari ab alio: non consequitur ipsum necessario rectitudo nisi ex perfecta ⁊ infallibili coniunctione ad suam regulam. sed liberuz arbitriũ non habet perfectam ⁊ infallibilem cõiunctionem ad suam regulam: que est deus: nisi per gratiã confirmantem. ergo ad liberũ arbitriũ: vel ad illud ꝓnci-

ꝓ participare cum excõicato ꝓpriꝫ dupliciter.

plum: ꝙ operationes libe. arbi. creature elicit nō sequi-
tur necessario rectitudo: nisi cōiungaꝫ deo per gratiam
cōfirmantē: homo aūt in statu inocentie ꝛ habuerit iu-
stitiā: nō tñ habebat gratiā cōfirmantez: ꝛ ideo peccare
potuit. ¶ Si aūt fiat esu ita qđ spāliter queriꝫ vtrum
potuit peccare spāliter in esu illius pomi. dōm: ꝙ sic: qz
sicut ꝯuenit in alys inuenire aliqđ bonū verū vel appa
rens cū quadā defectu: rōne cuius boni acceptatur ali-
quādo illud: qđ est simpliciter defectuosuz ꝛ malū. Ita
ꝛ in illo pomo. nā ibi erat bonū apparēs. s. ꝓmissuz: bo
nū scientie ꝛ bonū verū. s. ꝙ erat pulchrū visu: ꝛ ad ve-
scendū suaue: ꝛ erat ꝯiunct⁹ defectus inobediētie ꝓpter
ꝓhibitionē a deo factā. vñ sicut in alys: ꝛ ita in ipso po-
tuit peccare. ¶ Ad p̄m in oppositū dōm: ꝙ cibū eē mor
tiferū dupliciter ꝯtingit: vel ex sua cōplexione naturali
q̄z habet ex qualitatibus actiuis ꝛ passiuis: sicut est ve
nenū. vel aliquid putriduz. Alio modo ex reatu mortis
ꝯtē: sicut quādo aliquis cib⁹ sumiꝫ. modo dico: ꝙ ho-
mo bone cōplexionis non appetit saltem cōmuniter ci
buz mortiferū p̄mo modo dcm̄: naz isto modo erat ille
cibus mortifer: sed homo bone complexionis pōt bene
appetere cibū mortifer ex ſcdo modo: sicut pz: ꝙ latro bo
ne complexionis existens pōt appetere ꝛ comedere ci-
bum mortiferū: pro quo posteo suspendiꝫ: ꝛ isto secūdo
modo erat ille cib⁹ mortifer. ¶ Ad z̄m dicit: ꝙ si error
accipiaꝫ ꝓprie pro falsa estimatione: non opz: ꝙ semp
error precedat consensum volūtatis in peccatū: sed suf
ficit non considerare actu illud: ꝙ retraheret: ꝛz autez
falsa estimatio sit pena: nō considerare aliquā conditio
nem actu nō est pena: sed defectus naturalis ꝯsequens
omnē intellectū: qui ꝓpter limitationē suam: dū atten
dit ad vnū: non cōsistat de alio. de ꝟ alias diffusius lo-
cutus sum: ꝛ iō ptranseo. Questio. XX.

QEinde querebaꝫ de peccato quā
tum ad eius vitationez ꝛ
erat questio: vtruz existens in peccato
mortali posset diu vitare peccatū: ꝛ ar-
guiꝫ ꝙ sic: qz peccatū precipue morta-
le: de quo ad nūc specialiter loquimur
requirit liberū consensum: ꝛ ꝙ dōs sit
homo sui actus: ita ꝙ in potestate sua sit exercere illuz:
sed illud: qđ sic est in potestate hominis: pōt homo vita
re libere. ergo homo existēs in pctō mortali: cū habeat
adhuc liberuz arbitriū non obstinatū pōt vitare etiam
diu peccatum mortale.

Contra magister z⁹ sniarū dicit: ꝙ gratia est qua
assistēte bonū eligiꝫ: ꝛ qua deserente ma-
lū eligiꝫ: sed existens in peccato mortali non habet gra
tiam. ꝑ nō pōt euitare quin eligat malū: ꝛ per ꝯs non
pōt diu vitare peccatum.

Respondeo cōmuniter teneꝫ a magris: ꝙ exi
stens in pctō mortali nō pōt diu
stare quin incidat in aliud pctm̄ etiā mortale: ꝛ hui⁹ ra-
tio potissima: que cōiter ponit stat in hoc: ꝙ ex hoc cō-
mittit aliquis pctm̄ mortale: ꝙ ꝯsentit in aliquid quod
aduertit esse cōtra p̄ceptū dei: etiā si nihil plus fiat: sed
existens in pctō mortali nō pōt diu esse quin cōsentiat
in aliquid qđ aduertit esse ꝯtra preceptū diuinum. ꝑ ꝛc.
¶ Utraq; assumpta declaraꝫ ꝛ p̄mo prima: qz ad hoc:
ꝙ aliquis peccet mortaliter nō requirit actus exterior:
sed sufficit interior: etiam si desit facultas actus exterio
ris: ꝙ aūt per consensum interiorē non peccet mortali-
ter pōt prouenire ex duobus. s. ex hoc: ꝙ subito ꝛ absq;
deliberatione consentit: vel ex hoc: ꝙ illud in qđ cōsen-
tit nō est contra charitatē dei: vl̄ ꝓxim̄. sed est aliquid
leue ex genere suo: sicut est mendaciū siue locosuz: vel
aliquid tale: quando aūt aliquis consentit in id: quod
aduertit esse contra preceptum dñi non pōt excusari a
pctō mortali per hoc ꝙ illud: qđ consentit non sit de se
contra charitatem dei: qz ex suo genere facere ꝯtra pre-
ceptum dei tollit charitatez q̄ debet homo habere ad
deū: neqz etiā ex defectu deliberationis: cum ponaꝫ ꝙ
aduertit id: in qđ cōsentit: anteq̄ consentiat esse contra
p̄ceptū dei. Relinquiꝫ ergo: ꝙ ille qui cōsentit in id: qđ
est contra preceptum dei aduertens illud esse contra
preceptū dei peccet mortaliter. ¶ Secūdo etiā assum
pta declaratur sic: quādocūqz volūtas est inclinata ad
aliquid siue per dispositionē siue per habituz nō pōt cē
quin illud quādoqz occurrat: ꝛ etiam ea: que ad ei⁹ con
sequutionē vel promotionem conueniunt: placeant: ni
si impediatur per aliquaz deliberationem: per q̄ illud
possit apparere maluz: ꝛ debens displicere. sed ille qui
est in peccato mortali habet voluntatē inclinatā in ali-
quid: ꝙ est cōtra preceptū dei. ergo ꝛ illud: ꝛ ea que ad
eius cōsequutionez conueniūt semper quādo occurrūt
placent: nisi impediantur per aliquā deliberationem: per
q̄ illud possit apparere malū: vel debēs displicere. deli
beratio aūt: per q̄ tale aliquid apparet contra volūta-
tem esse: siue cōtra preceptū dei nō sufficit ad hoc: ꝙ ta
le qđ appareat maluz. ꝛ debens displicere: qz iam illud
amat supra deū: ꝛ ꝓpter illud habendū contēpsit prece
ptum dei. ergo requiriꝫ vlterior deliberatio ex aliquo
alio diuersa: que maiorē diligentiā requirat: nō potest
aūt homo ꝓpter diuersa esse in tāta diligentia: ꝙ tantā
semper deliberationē habeat in quolibet facto suo: ꝛ in
quolibet cōsensu: ꝙ illud ad qđ iam habet inclinatiōez
semp displiceat quotiēscūqz occurrit. ¶ Dec autem: q̄
dicta sunt: ꝛ q̄tū ad positionē: ꝛ quantū ad eius ratiōez
difficultatē patiunt̄: quantū quidē ad positionem: ꝙ sic
tactuz est in opponēdo: opz ponere: ꝙ illud: in quo con
sistit pctm̄: sit in ptāte nostra: ꝛ ꝙ habeamus dñiuz su
per illud: aliogn nō eēt malū imputabile nobis. Illud
aūt: cuius habemus dñiuz: ꝛ ꝙ est in potestate nr̄a pos-
sumus vitare: ꝛ per magnum tēpus: ꝛ per paruuz: sicut
placet. ergo existentes in peccato mortali possunt vita-
re mortale etiā per longū tēpus: ꝛ ēt tota vita sua: vt vi
deꝫ. ¶ Ad hoc aūt cōmuniter ꝛ ꝓbabiliter dicitur: ꝙ
existens in pctō mortale sic hz dñium sui actus: ꝙ pōt
quodlibet pctm̄ mortale per se acceptū vitare: qz nō est
dare aliquod pctm̄. si homo nitaꝫ illud euitare: ꝙn pos-
sit vitare. sed vitare omnia nō pōt: qz nō pōt habere ta-
lem curatū reuisuz cōtra omnia: que cōtinue occurrūt
inducēda ad ꝯsensum taliū: ꝛ euitato vno per talem re-
uisum incidit in aliud: sicut dicit de existēte in gratia re
spectu venialiū. ¶ Sed ꝛ hoc hz difficultatē: ꝙ nō pos
se resistere peccatis venialib⁹ ꝓuenit ex hoc: ꝙ non est
ad plenū in ptāte eis resistere: ꝛ ideo etiam nec ipsa ha-
bent plenam ꝛ perfectā rōnem peccati: pctm̄ aūt mor-
tale hz plenā ꝛ perfectaz rōnem peccati: ꝑ opz: ꝙ sit ad
plenū in ptāte vitare peccatū mortale: ꝛ in particulari
repellendo hoc pctm̄ mortale: vel illud: ꝛ in vniuersali
repellendo omnia. ¶ Ad hoc pōt sic ꝓbabiliter dici: ꝙ
nihil ꝓhibet aliquid eē simpliciter possibile alicui sim
pliciter: ꝛ tamē esse ei impossibile ex suppositione. sicut
possibile est simpliciter hominez ambulare: ꝛ tamē sup
posito: ꝙ sit ligatus nō est possibile eum ambulare: ꝛ sic
est in ꝓposito: qz homo existens etiam in pctō mortali:
pōt simpliciter vitare omne pctm̄: inquantū in potesta
te sua est conuertere se ad deum ꝛ facere: ꝙ est in se de
dispositione ad gratiam. hoc enim ynum potest facere:

ꝛ in hoc vno ꝓ̄t omnia vitare inquātū per hoc poteſt conſequi gratiam: qua poſſunt omnia mortalia vitari. ¶ Sed ſuppoſito: ꝙ nō velit ꝓuerti: ſed velit manere in pctō: non ꝓ̄t diu vitare alia: ꝛ tunc eſt ei ſimpliciter imputandū: ꝛ habet perfectā rationem peccati: quia illud nō poſſe prouenit ex ſuppoſitione eius: ꝙ ſimpliciter eſt in ptāte noſtra: qꝫ. ſ. nō vult ſe cōuertere ad deū: ꝙ quātum ad diſpoſitionē: que requiriť ex parte hominis: eſt ſimplr in ptāte ſua: ꝛ p̄ hoc ꝑz ad rōnez in oppoſitū. ¶ Quātū aūt ad hāc difficultatez: qꝫ poſſz aduerſari? diceret ꝙ exiſtēs in pctō mortali ꝓ̄t a diſpoſitione: vl̄ habitu inclinante a pctō recedere abſq; gratia: ſicut ille: qui dimittit eſſe luxurioſus vel guloſus nō inquantū iſta ſunt ofenſiua dei: ſed inquātū vult tenere boneſtatez in ciuilitate humana. nā homo ꝓ̄t ex naturalibus repellere habitus vitioſos: ꝛ acgrere virtutes humanas acquiſitas: ꝛ ſi nō infuſas: ꝛ ſic nō opz: ꝙ ſeq̄tur talē inclinationez. ¶ Ad hoc aūt forte videť alicui dōm: ꝙ cum in pctō ſint tria conſideranda. ſ. actus: ꝛ habitus vitioſus derelict?: ſiue diſpoſitio vitioſa: ꝛ reatus: illud: ꝙ dicitur cōmuniter: ꝙ exñs in pctō mortali nō quo ad actū quantū ad hoc pctm̄ nō exiſtit in peccato: niſi dū actū peccati actu exercet: nec quo ad reatuz: qꝫ illud nō inclinat: cū non ſit niſi debitū pene: opz intelligere quo ad habitū: vl̄ diſpoſitionē inclinantē: ille aūt: qui per virtutes acquiſitas repulit habitum vel diſpoſitionē vitioſam ſolū ꝓpter boneſtatē ciuilitatis humane: ꝛz ſit in pctō mortali quantū ad reatū non q̄tuz ad habitū: vel diſpoſitionē vitioſam: ꝛ ideo de tali non intelligiť: quin poſſit vitare diu pctā mortalia: licet aūt hoc videatur habere aliquam apparentiam: tñ videť ſatisfacere intentioni magiſtri ſententiaꝝ: qui ſcdo lib? ſentētiarū videť itelligere: ꝙ nullus abſq; gr̄a ꝓ̄t diu vitare pctm̄ mortale. Et hec ēt videť intentio doctoruz modernoꝝ: ꝛ ideo poſſet videri alicui: ꝙ poſſz ſic rñderi. ſ. ꝙ ꝛz nō maneat iclinatio vitioſa in pctō: que ponit in tali ſtatu: que opponāť virtutibus acquiſitis: tñ manet inclinatio vitioſa: que opponiť virtutibus infuſis. ¶ Sed hoc nō ſufficit: qꝫ cū nō ſint in nobis habit? vitioſi excepto pctō originali: qō acquiriť ex actibus noſtris: nō eſt ponere in nobis duplices habitus vitioſos: quorum quidaz ſint contrarij virtutibus infuſis: ꝛ alij virtutib? acquiſitis: oīs. n. actus pcti mortalis gratiam cū virtutib? infuſis tollit. ¶ ꝓ̄t q̄d rōnem p̄dictaz probabiliter dici: ꝙ exñs in pctō mortali ꝺz ſemp̄ ali quā inclinationē vitioſam: ſiue ſit diſpō: ſiue habit? iclinantē ipm̄ ad illud: qō diuino p̄cepto eſt ꝯriuz: qꝫ ſi diligit deū ſuper oīa ex charitate conſtat: ꝙ nō eſt in peccato mortali: ſi aūt diligit ſuper oīa nō ex charitate: ſz ex amore nāli: tūc facit ꝙ in ſe eſt ad diſponēdū ſe ad charitatē: ꝛ recedit a pctō mortali: ſi aūt neutro mō: opz ꝙ aliq̄d diligat ſupra deū: ꝛ ad illud ꝯ deū: ꝛ diuinū preceptū debit inclinationē: qꝫ ſemp̄ opz: ꝙ bō inter diligibilia habeat aliq̄d ſumme dilectū: qñ q̄ dicit: ꝙ ꝓ̄t recedere ab illa inclinatione: q̄ incurrit perpetrādo pctm̄: nec tñ opz: ꝙ redeat ad gr̄az. Dōm: ꝙ ꝛz poſſit recedere ab inclinatiōe hac determinata vl̄ illa: nō tñ q̄ diu eſt in pctō mortali ꝓ̄t recedere ab omni inclinatōe ad ea: que ſunt contra diuinum preceptum.

Deinde querebať de bomie' quātuz ad actus ſacramentales: ꝛ querebātur tria pertinētia ad ſacramentum penitentie. ¶ Primum erat de potentia abſoluendi: vtrum. ſ. exñs in minori excōmunicatione poſſet abſoluere. Scōm erat de diuiſione abſolutiōis: ꝛ erat quātio: vtrū inferior poſſit abſoluere eundē ab aliq̄o peccatis: ita ꝙ nō de omnibus: ita ꝙ abſoluente eum a quibuſdam remittat ad ſuperiorez de alijs. Tertium erat de ſatiſfactione: vtrū. ſ. abſolutio facta a nō ſuo ſacerdote ſub ſpe ratificatiōis valeat. Queſtio. XXI.

¶ Ad primum ſic proceditur: ꝛ arguitur: ꝙ poteſt talis abſoluere: quia plus eſt conficere q̄; abſoluere: ſed excōmunicatus minori excōmunicatione ꝓ̄t conficere. g̃ ꝛc̄.

¶ Contra minus eſt recipere ſacramenta q̄; cōferre: ſed talis nō ꝓ̄t recipere ſacramenta: qꝫ minor excōmunicatio excludit a ſacrīs. g̃ ꝛc̄.

¶ Reſpondeo ad euidentiam iſtius queſtionis. ꝓmo videndū eſt quid requiritur ad hoc: ꝙ aliquis poſſit abſoluere: ꝛ deinde poterit apparere: vtrum aliquid eorum deficiat in excōmunicato minori excōmunicatione. ¶ Quantū g̃ ad primum ſciendū: ꝙ ex parte materie requiritur ſubditus peccatoꝝ: cuz enim abſolutio fiat a peccato: homo qui nullū peccatuz habuit: ſi aliquis eſſet talis: non eſſet materia talis ſacramenti. Item etiam nō quilibet peccatoꝝ eſt materia huius ſacramenti: ſed peccatoꝝ ſubditus. Alioquin quilibet ſacerdos poſſet abſoluere quēlibet peccatorem: qō falſum eſt. ¶ Ex parte aūt miniſtri requiritur poteſtas ordinis. ſ. caracter ſacerdotalis: ꝛ etiaz poteſtas iuriſdictionis: quia impoſſibile eſt ponere ſubdituz: niſi ponať aliquis reſpectu eius ſuperior: qui ſuper eum habeat poteſtatē iuriſdictionis: preter aūt iſta nihil plus requiriť ad hoc: ꝙ aliquis poſſit informari cōſcientie abſoluere: dicūt tamē quidā: ꝙ ſacerdos nō curatus ꝺz claues ligatas: ita ꝙ nō ſoluz requirit: qui det ei ꝓpriū: ſed etiam requirit: qui ei amoueat illud ligamentū: ꝛ quia ille: qui dat populū: dat poteſtatē iuriſd. quia ſicut impoſſibile eſt eſſe ſeruū ſine domino: ꝛ econuerſo: ita impoſſibile eſt habere ꝓpriū ſubditū: ꝛ non habere poteſtatē iuriſdictionis. Ideo ſm̄ iſtos ſequiť: ꝙ in miniſtro preter duplicē poteſtatē ordinis iuriſdic. requiriť adhuc tertium. ſ. amotio talis ligamenti. vnde ꝛ dicūt: ꝙ quādo dñs papa dat alys religioſis poteſtatem audiendi confeſſiones: ex hoc nō ſequiť: ꝙ det eis populū: ſed tollit predictum ligamentū. ¶ Hoc autez videť mihi non ſolū falſum: ſed friuolū ꝛ erroneū: quia quando eꝑs alicui ſacerdoti non habenti prius curam confert curam: ipſo facto ſacerdos ꝓ̄t illos de cura ſua abſoluere: ſed epiſcopus conferendo curam nihil ꝓfert niſi poteſtatem iuriſdictionis: ꝛ per conſequens dat populum. ergo preter poteſtatem ordinis ꝛ iuriſdictionis non requiriť aliquid ex parte miniſtri: niſi forte ipſi velint dicere: ꝙ poteſtas ordinis: ꝛ poteſtas iuriſdictio. ordinaria ſufficit: ſed non poteſtas delegata. ¶ Sed eſt valde erroneū: quia tūc ex cōmiſſione pape: vel cuiuſlibet ordinarij nullus abſoluere poſſet: niſi fieret ordinarius: ꝙ eſt valde erroneū: ꝛ contra cōmunem vſum eccleſie. ¶ Ex quo ꝑz: ꝙ friuolū ſit: ꝙ dicunt. ſ. ꝙ quādo dominus papa dat quibuſdam religioſis poteſtatez audiendi confeſſionem: ꝙ non dat populum: ſed tollit illud fictum ligamentuz: aut enim aliquid dat: aut non: dicere ꝙ non dat aliquid eſſet temerariū: quia hoc ēt ponere dōm papaz deludere illos religioſos: ꝛ illis qui confiterentur eis. dat ergo aliquid: aut ergo poteſtatez ordinis: aut iuriſdictio. non poteſtatē ordinis: quia hoc datur in ordinatione ſacerdotū: nec totus mūdus poſſ̄ eſt data: poteſt eaz auferre: ergo opz: ꝙ det poteſtatē

iurisdict. sed sicut ps ex dictis: sicut impossibile est esse dñm sine seruo. Ita impossibile est aliquē habere potestatē iurisdictōis: qn habeat ex ipso aliquē: vel aliquos super quos habeat iurisdictionē. ḡ ops: q si papa aliqd dat: det pplm. ¶ Ad qōnem ergo descendendo dō: q cū ex parte ministri requiranf duo. potestas ordis ⁊ iurisdictiōis: ex pte aūt mātis duo. s. q sit subditus: ⁊ peccator: ptātē ordinis q̄tū est ex parte sua auferre vel impedire nullus nisi solus deus pōt. vnde qz potestas ordinis: que est ipse caracter sacerdotalis: nec auferri: nec etiam impediri q̄tuz est ex parte sua pōt: sacerdos quicūq; non pōt impediri a consecrando a quocūq; : nisi a solo deo: dūmodo habeat materiam debitā: lz. n. sacerdos degradatus non possit rite ⁊ sine peccato celebrare: absolute tamen pōt: ita q si ipse ꝓferat verba super mām debitā consecratū est: ⁊ hui⁹ ratio: qz ad absolute ꝓsecrādū nō regrit de necessitate sacramēti cū potestate caracteris ptās iurisdictiōis: ptās aūt iurisdic. q̄ regrit minister absoluens pōt plenarie respcū cuiuscūq; a dño papa ⁊ auferri ⁊ impediri: ⁊ ab alys prelatis q̄tū eis concessum est: ⁊ qz p̄m iura: excōmunicatio taz maior q̄ minor suspendit excōmunicatū durāte excōmunicatione ab vsu talis ptātis. s. iurisdict. inde est q excō municatus excōmunicatione minori nō pōt absoluere. ¶ Ad argumentū in oppositum pōt dici: q̄tum ad formam arguendi paruz valet. nam vis illius argumenti fundaf super istam ꝓpositionem: qui pōt plus: pōt ⁊ minus: q nō est vlr verū: nisi soluz in his: in quib⁹ vnum possibile includit aliud sicut parte sui: sicut portare centum libras includit aliud: sicut partem sui: sicut portare viginti libras: nō sic aūt consecrare includit absolvere: lz ꝓcedant ab eadem potētia q̄tū ad caracterem sacerdotalem. ¶ Potest etiam dici: q absolute consecrare sit plus q̄ absoluere: tamen consecrare in eo q habet potestatē ordinis ⁊ materiā ꝓparatā nō est plus: accipiendo plus. i. difficili⁹ q̄ absoluere sine debita materia absolutiōis: ille aūt q est excōmunicatus minori excōmunicatōe caret materia debita: qz excōmunicatio tollit ei vsum iurisdic. ⁊ per consequens quo ad tunc tollit ei subditum. ¶ Questio XXII.

Mō q̄ sacerdos degradat⁹ absolute pōt celebrare: lz rite ⁊ sine peccō celebrare nō possit.



B secundum sic ꝓcedit: ⁊ arguit: q inferior non possit absoluere subditum de quibusdaz peccatis: tm̄ ⁊ remittere ad superiorez absoluendū de alys: qz tā contritio q̄ absolutio regrit ad deletionez peccati: sed cōtritio debet esse de omnibus: aliter nullū dimitteref a deo: q̄ a simili ⁊ absolo dz esse de oibus ⁊ nō de quibusdam tm̄.

Contra est consuetudo ecclesie: que hoc facit.

Respondeo dō: q remissio pōt fieri vl̄ a superiori ad inferiorē: vel econuerso: si fiat a superiori: ad inferiorē hec pōt fieri q̄druplicit er. Primo: q superior absoluat eū a sententia excōmunicationis: ⁊ remittat ad inferiorem quo ad ptā: ⁊ hoc pōt fieri: vel qz illi sn̄ie nullū ptm̄ est annexū: a quo inferior non possit absoluere: vt si aliqs excōmunicef ꝓ debito: vel etiaz furto: a quo pōt inferior absoluere: vel qz si aliqd ptm̄ est annexuz illi sn̄ie: superior cōmittit ptātem suam ei quo ad illud ptm̄. ¶ Scdo modo pōt superior remittere ad inferiorē comittendo ei plenam potestatē suam quo ad peccata: que ille cui remittit habet: ⁊ ꝺ similiter pōt fieri: nec de hoc dubiuz aliqd est. ¶ Tertio modo hoc pōt fieri sic: q superior totaz confessionē audiat: ⁊ ab omnib⁹ absoluat: ⁊ nihilomin⁹ confitenti imponat: q ad inferiorē vadat ad ꝓfitendū eadem: ⁊ hoc lz possit fieri si cōfitens est volūtari⁹ pluries confiteri peccata: nō tm̄ necessariū: qz constat: q absolutio superioris sufficit: nec etiā mihi videf congruū. primo: qz forte nullo statuto: nisi diuīo pōt aliqs ligari ad confitendū bis eadez pctā: q fieret si ille q est absolut⁹ a superiori remitteref q̄tū ad eadem ad inferiorem.

Triplr inferior pt remittere pctōrem ad superiorē.

¶ Scdo: qz sic confessio: que fieret superiorib⁹: esset cōmuniter subditis onerosa: qz pauci inueniuntur qui velint semel bene cōfiteri: ⁊ posset reddi odiosa. ¶ Quarto modo pōt talis remissio fieri sic: q superior non audiat: nisi casus speciales pertinentes ad ipm̄: ⁊ ab illis absoluat: ⁊ q̄tū ad alia eū remittat ad inferiorez: ⁊ hoc videf mihi incōueniens: cui⁹ ratio est: qz cū impossibile sit hominē deo reconciliari: nisi per remissionē oīum peccatoꝝ mortaliū: qz dimidiam veniaz a deo sperare est impiū. ideo necesse est: q absolutio sacramētalis se extendat ad remissionē omniū peccatoꝝ mortaliū: vel non assequef effectū suū principalez q est gratia eo modo: quo gratia est effect⁹ sacramentoꝝ. Absolutio aūt sacramentalis non se extendit ad peccata mortalia non confessa: dūmodo habeanf actualiter in memoria: ⁊ iō oz vt credo: q ille q ꝓfitef omnia peccata mortalia: de qb⁹ non est al̄s recte cōfessus ⁊ absolut⁹: confiteaf vel q non consequaf effectū sacramentalis absolutionis.

Supior ad inferiorem pōt remittere peccatorē q̄druplicit er.

¶ Ab inferiori aūt ad superiorē pōt fieri remissio tribus modis. Primo modo: q inferior inueniens in confitente casum pertinentem ad superiorez remittit: nihil ampli⁹ audiat: sed q̄tum ad omnia peccata sua ad superiorez remittat: ⁊ iste modus remissionis est tutus: nec de eo ē aliqō dubiū: qz a quocūq; pōt absoluere inferior ⁊ superior: ⁊ adhuc a plurib⁹. ¶ Secūdo modo pōt talis remissio fieri sic: q inferior audiat tm̄ casus ad eum pertinētes: ⁊ nihil plus: ⁊ absoluat ab illis omnib⁹: ⁊ remittit confitentem q̄tuz ad alios casus non confessos ad superiorem: ⁊ iste modus reprobaf a magistris: nec est conueniens: ⁊ hui⁹ ratio potest patere per rationem imediate posita de remissione a superiori ad inferiorez cū ꝓfessione diminuta: alia aūt ratio solet adduci: sed supersedeo. ¶ Tertio modo pōt remissio fieri: q inferior audiat oīa pctā ꝓfitentis: ⁊ eū absoluat: ⁊ postea remittat ad superiorē q̄tū ad casus ad eū pertinentes: ⁊ istuz modū comprobat magister: ⁊ ecclesia cōmuniter vtit eo. ¶ Sed contra hoc videf esse aliquo modo illud: q supra dcm̄ est: qz cū effect⁹ absolutionis sacramentalis necessario se extēdat ad oīa peccata mortalia: eo q impossibile sit hominē recōciliari deo de vno pctō mortali: ⁊ nō de alio videf: vel q absolutio inferioris nullus effectū habeat: vel q absoluat ab omnib⁹: ⁊ si absoluit ab oib⁹: non opz vt videf: q confitens debeat remitti ad superiorē. ¶ Sz aliqs forte posset ad hoc dicere: q contritio delet omnia quo ad deum: ⁊ tm̄ adhuc manet obligat⁹ ad confitendū casus pertinentes ad superiorē. ¶ Sed hoc non videtur sufficere: qz illa contritio: que delz omnia: aut est effectus absolutionis sacramētalis; similiter q absolutio sacramentalis mediante contritione pertingat ad omnia peccata: ⁊ sic inferior absoluit ab omnib⁹: aut nō est effect⁹: cui⁹ ꝛc. Si aūt cōtritio nō sit eius effect⁹ aliquo modo: similiter q inferior nulla peccata absoluit: qz cū absolutio sacramentalis nō pertingat ad remissionez alicui⁹ peccati: nisi quādo instrumentaliter ⁊ dispositiue gratiam: que causat displicentiam sufficientem ad deletionem culpe: q̄ contritionē dicimus: si absolutio sacramentalis nullo modo pertingat ad contritionem: non pertingit ad alicuius peccati

remissionem:nec per cōsequens sacerdos a nullo peccato absoluit realiter:sed verbaliter tm̄. ¶ Sed forte diceret:q̄ absolutio sacramētalis nō causat contritionē sed eam causatam inuenit ⁊ facit magis intensam: ⁊ sic intendendo contritionez se extendat nō ad omnia peccata:sed ad aliq̄. Doc nō valet.p̄mo:q̄ illa intentio contritionis nō pōt ostendi plus respicere vnū peccatū q̄ aliud:q̄ displicentia si augeret respectu vnius peccati inquātū est offensiuus dei necessario augeret respcū oium. ¶ Scōo: q̄ frequenter multi vadūt ad confessionem q̄ lz habeāt displicentiā insufficientē:que attritio dicit: nō tm̄ habent displicentiā sufficientē: que dr̄ ꝯtritio:sed eādem consequunt virtute sacramenti: opz in talibus: q̄ absolutio se extendat ad omnia:q̄ ad omnia se extēdit:ad que se extendit cōtritio q̄ causat. ¶ Et ideo aly dicūt:q̄ vtraq̄ absolutio.s.iferioris ⁊ superioris est q̄si vna:⁊ per consequēs simul sumpta hz plenū effectū: q̄ est absolutio ab omnib⁹:nō aūt vna per se. ¶ Sed nec boc videt mihi bene dcm̄ : q̄ si vtraq̄ absolutio debet baberi pro vna. similiter q̄ etiaz forma verboz vtrobiq̄ ꝓlata debet baberi ꝑ vna: nisi aūt est vna forma effectus sacramenti nō habet vsq̄ ad vltimū instās in quo complet ꝓlatio verboz sequeret.ergo q̄ facta absolutione ab inferiori nihil sit fcm̄ in anima confitētis vsq̄ ad vltimū instans:in quo ꝓlata sunt verba absolutionis a superiore:q̄ mihi videt satis inconueniens videlicet:q̄ prolatis absolutionis verbis ab inferiori nihil sit fcm̄ in anima ꝯfitentis:sed expectet illius absolutionis effectus vsq̄ ad absolutionē postea fiendaz a superiore. ¶ Item q̄uis ponat cōmuniter:q̄ plures possent simul consecrare eandē hostiā: nō tm̄ ponitur:q̄ si vnus p̄mo ꝓferat verba:⁊ aly postea ꝓferant:q̄ aly facerent aliqd: dato q̄ ita esset:q̄ plures ꝓferētes simul verba absolutionis super ꝯfitentē efficiant.q. vnam absolutionē:nō videt ꝓbabile:q̄ si vn⁹ p̄mo ꝓferat:⁊ postea alius:q̄ idem fiat ab vtroq̄z. Itez si ꝓferrerēt a diuersis sacerdotibus:vel ab eodem verba absolutionis super eadem peccata nō diceret vna absolutio:⁊ multo minus quādo ꝓferunt nō super omnia eadē:sed super vnam partē. vnde non videt mihi:q̄ illud sit nisi fuga. ¶ Et ideo aliter dōm:q̄ videlicet:sicut cōtritio preueniens ꝯfessionē reddit hominē absolutū q̄tuz ad deū ab omni peccato:ita tamē:q̄ contritio sit cum ꝓposito confitendi:ita etiaz inferior virtute absolutionis sacramentalis absoluit q̄tū ad reconciliationē ad deum ab omnibus peccatis:ita tm̄ q̄ boc sit cum ꝓposito ꝯfitendi casus ptinētes ad superiorē ipsi superiori. ¶ Ad cuius euidentiā sciendū:q̄ nō est idem esse absolutus a peccato ⁊ a precepto.nam absoluere a peccato est tollere siue remittere offensaz peccati: siue istaz remissionē aliquo modo causare.absoluere aūt a precepto est tollere obligationē:qua aliquis est obligatus precepto:que obligatio pōt manere sine omni peccato : dūmodo pro loco ⁊ tempore:in quo debet implere preceptū:nō omittat:ex quo pōt accipi: q̄ bene potest aliquis esse absolutus ab omni peccato quantuz ad deū: ⁊ q̄ facta sit ei remissio omniuz peccatoꝝ:⁊ tamē maneat adhuc obligatus ad confitendū ꝑ preceptū:siue ꝓpter obligationem precepti. Ita q̄ liberatus a peccato manet adhuc obligat⁹ precepto. ¶ Notandū aūt: q̄ interest inter contritōez preuenientē confessionē ⁊ absolutionē:⁊ inter absolutionez inferioris : q̄ ille qui contritus est ante confessionē est quidez absolutus quo ad deuz ab omni peccato:sed non quantū ad ecclesiam:quia non est cōsequutus gratiam remittentē per ministruz ecclesie circa se realiter exhibitum:lz illud habuit in ꝓposito:sed ille qui absolu-
uitur ab inferiore est absolutus ab omni peccato:q̄tuz etiam ad ecclesiam inquātum ministerio ecclesie consequutus est gratiam remittentē vel eius augmentū:⁊ tamen adhuc etiā quantū ad ecclesiam manet obligatus ꝑcepto cōfitendi peccata reseruata superioribꝰ. ¶ Notandū etiam:q̄ quando cōtritus ante cōfessionem: vel etiam absolutus ab inferiori cōfitetur postea ⁊ absoluitur:nō soluz liberatur a transgressione precepti de confitendo:sed etiam absoluitur ab omni peccato: ⁊ si non quo ad ablationez offense:tamen absoluitur quo ad diminutionem pene ⁊ augmentū gratie. ¶ Et lz ista sint probabiliter dicta:tamē pōt obyci contra ea. primo:q̄ videtur:q̄ absolutio inferioris sit conditionata ⁊ quasi datur sub conditione.s.si habeat confitens propositum confitendi superioribus ea:que ad eos pertinent: q̄ nō videtur conueniens : quia forme sacramentoꝝ non sunt conditionales: nullus enim absoluit sub bac forma absoluo te:si tu babes tale ꝓpositum. ¶ Secundo pōt obyci:quia cum ꝓpria materia absolutionis sacramentalis sit peccator subditus: cum peccator non sit subditus inferiori quo ad casus reseruatos superioribꝰ:videtur q̄ absolutio inferioris nō se extēdat ad absoluendū ab oibꝰ peccatis:quia forma sacramentalis nihil efficit nisi in materia ꝓpria. ¶ Ad primū ergo dōm:q̄ aliud est aliquid ꝓferri sub cōditione: ⁊ aliud est aliquid conferri habenti aliquā cōditionem siue ꝓprietatem.nam aliquid conferri sub cōditione:est illud conferri in ordine ad aliquā cōditionem: que expectat in posterum vt cōfirmans pactum:vt si dicam.do me tibi in cōiugē : si placuerit parentibꝰ meis.Cōferri aūt habenti cōditionem est in eo: cui fit collatio exigere aliquā cōditionez preexistentē:⁊ necessariū ipsi collatiōi:sicut ordo nō potest cōferri:nisi habenti ꝓprietatem siue ꝯditionē: que est sexus masculinus:modo dico : q̄ lz sacramenta non cōferant sub conditione:cōferunt tamen habenti conditionem necessariaz ad eoꝝ receptionē:⁊ ideo lz absolutio inferioris siue eius effectus nō possit conferri:nisi habenti ꝓpositū cōfitendi superiori casus ad eum ptinentes:non tamen oportet:q̄ absoluat sub conditione. ¶ Ad z^m pōt dici dupliciter. vno modo: q̄ cuz ille qui vult aliquid:velit etiaz ⁊ velle debeat illa:que sunt necessaria ad illud:⁊ ecclesia velit:q̄ inferior audita confessione sui subditi absoluat eum : ⁊ tamen remittat ad superiorem quantum ad casus ei reseruatos:⁊ boc forte non possit fieri: nisi subdatur aliquo modo inferiori q̄tū ad omnia:ecclesia intendit eum subdere inferiori: et quantum ad casus reseruatos:dūmodo habeat ꝓpositum cōfitendi eos superiori. Ita q̄ quantū ad omnia peccata confitens est subditus inferiori aliquo modo: differunt tamen quantum ad casus proprios ⁊ quantū ad casus reseruatos:q̄ quātū ad casus ꝓprios est subditus sine quocūqz ꝓposito confitendi alteri:quantū aūt ad casus reseruatos est subditus ꝓposito supposito confitendi alteri: quod quidez ecclesia rationabiliter ordinat:⁊ vt homines magis timeant incurrere maiora crimina : ⁊ vt a superioribus melius consulatur peccatori in talibus casibus. ¶ Uel potest dici:q̄ sicut baptismus ordinatur directe contra peccatum originale : sed ex consequenti etiam contra omne aliud peccatuz peccato originali coniunctum tollit: q̄ non faceret: si non esset coniunctū originali. Ita etiaz absolutio sacramentalis q̄ confert inferior habet directe effectum suuz in confitente rōne casuuz in quibus est ei subditus: ⁊ cum effectus ille non solum tollit illa peccata : in quibus est

Absoluere a peccō ⁊ absoluere a precepto dīa.

Aliud ē ꝓferri sub conditiōe aliud cōferri habēti cōditionem.

confitens subditus: imo ex consequēti: tollit etiam ola alia eis coniuncta inquantuz ille effectus scz gratia est contrarius omni peccato mortali. ¶ Ad formam ergo argumenti dicendum: q̄ lz absolutio sacramentalis nō habeat effectum suum: nisi in peccatore subdito: non tamen opz: q̄ tm̄ absoluat: vel vt ita dicaz liberet a peccatis: in quibus confitens subditur: sed etiaz ab omnibus alys peccatis: que talibus peccatis coniunguntur.

¶ Questio. XXIII.

D tertium sic proceditur: ꝛ arguit: q̄ absolutio facta a nō suo sacerdote valeat: si fiat sub spe ratificatiōis: quia. s. aliqua fiunt a plato sine cōsensu maioris partis capituli: si postea capituluz vel maioz pars capituli ratificet: tenēt: ꝛ sunt valida: ergo a simili: si ille qui potestatem habet in confitentem ratificet talē absolutionē videt̄ q̄ valeat.

Contra si aliquis pferret verba ꝯsecrationis super aliquē panem: qui non esset materia debita huius sacramēti: puta super panē ordeaceuz sub spe ratificationis: nulla ratificatio posset facere: q̄ esset ꝯsecratū: sed absolutio facta a non suo sacerdote profertur super illud: q̄ nō est materia absolutiōis sacramentalis: quia super non subdituz: ergo quecūq̄ ratificatio superueniens nō pōt facere: q̄ talis absolo valeat.

ptur: vel sc̃ō: adduco ergo ad ꝓpositū duas rōnes: q̃rū ꝑma est talis. quicūq; mereť aliqd de cōdigno facit se ɔdignū illi ita ꝙ illud ſm iustitiā sibi debeť. sed nullus ex puris nālibus pōt se facere dignū vita eterna: ita ꝙ vita eterna sit sibi debita ſm iustitiā. g̃ ꝛc̃. ma. pz ex dr̃ia meriti de cōdigno: ꝛ meriti de congruo: minor cōcedit ab oibus: qz ponere oppositū est hereſis pelagiana. ¶ Ad istā aūt rōnē dicunt gdā: ꝙ nō opz ponere aliqō infusum ad merendū vitā eternā: non tñ sequit: ꝙ hō ex puris naturalibus mereať eā de cōdigno: qz ad hoc: ꝙ hō mereať vitā eternā ꝑter illud: qđ est in hoie: regriť acceptatio dei: que nec ꝑtinet ad nālia dei bois: nec est aliqd ifusum hoi. ¶ Sed hoc nō valz: qz in merēdo nō initiť valor actus meritorij in se. sed acceptationi alterius nō est mereri de cōdigno. sed de ɔgruo: pōt enī aliqs acceptare actū alterius quātūcunq; modici valoris sit ad hoc: ꝙ det sibi donū quātūcūq; magnū. sed nō facit: ꝙ iter illud: qđ dať: ꝛ illud qđ accipiť fit aliq̃ condignitas: ꝛ iō opz: ꝙ actus bēat in se talē valorē: ꝑ quez debeat acceptari: vt dignus tali remuneratiōe. ¶ Secūda rō ꝓbat: ꝙ hō ex puris nālibus nō pōt attingere ad spēz actus meritorij vite eterne de condigno. ¶ Ad cuius euidentiā sciendū: ꝙ aliqs actus pōt esse meritorius duplr: vno mō ita ꝙ meritū cōsistat in ipso eēntialiter ꝛ ꝑnr: ita ꝙ ipso existente circūscripto quocūq; alterō hō mereť: ꝛ talis actus est actus elicitus a li. ar. alius est actus a lib. ar. imparᵗ: sicut manus: vel pedis: modo rō ista ꝓcedit de actu meritorio ꝑmo mō dicto: ꝛ est talis. nullus pōt mereri vitā eternā de cōdigno per actuz suū nisi actus suus sit talis valoris ꝙ faciat iꝑm dignuz vita eterna mō ꝓdicto: ꝛ hoc q̃tū ad ꝑmū actū: in quo ꝑncipaliꝛ cōsistit meritū. sz ille actus: qui est isto mō meritorius hz talē valorez ex sua nā specifica. ergo nullus hō ex puris nālibus pōt attingere ad spēm talis actus: ita ꝙ ex puris nālibus possit elicere cōsimilē actū i spē. ma. pz ex ꝑmissis: qz aliter meritū de cōgruo: ꝛ meritū de cōdigno nō differrēt. mi. ꝓbo: qz de isto actu: ꝙ pōiť talis valoris eē: q̃ro vtrū valorē istū bēat ex se: aut ex aᵒ actu iꝑz iꝑāte nō ex actu iꝑāte: qz nō ipať ab alys. sz potius impat alios. g̃ hz istū valorē ex se. sed valor ꝙ cōpetit alicui ex se: cōpetit ei ex rōne sua specifica: quia vnūqōq; reponiť in spē ꝓ nobilius sul. ergo ꝛc̃. vnde; vr̃ mihi ꝙ ponere tales habitus infusos nec̃ios ad merendū vitā eternā de ɔdigno sit magis ɔsonū sacre scripture: ꝛ cōi doctrine sc̃ōꝝ q̃ eius oppositū. ¶ Si aūt querať vtrū aliq̃ habitus supnāles sint necessary ad existētiā beatitudinis: puta habitus glorioſi: videť mihi probabile ꝙ sic. sed qz hoc ꝓbare nō pertinet ad presentez qōnē ꝑtermitto ꝓpter prolixitatē vitandā: qz sine hoc soluet dubiū: ꝓpter qđ vt puto ꝓposita fuit q̃stio: credo enī ꝙ q̃stio fuit ꝓposita ꝓpter dubiū: illud quo, dubitať vtrū habitus faciat ad subam actus: ꝛ sic patz de qōne. ¶ Nunc tertio mouēda sunt quedā dubia circa premissa ꝛ soluēda sunt in gnāli duo dubia. Primū dubiū principale: ꝛ qđ magis ingerit difficultatē est: vtruz talis habitus faciat ad subam actus: vel ad modū: vl ad vtrūq; qz quocūq; dato sequiť incōueniens. ¶ Naz si ponať ꝙ faciat ad subam actus. ꝑmo videť hoc esse cōtra ꝓbm: qui videť velle in diuersis locis ꝙ habitus faciunt solū ad modū actus. Scōo videť sequi: ꝙ habitᵘ sit poᵗ: qz illud quo aliqd pōt agere cū ꝑius nō posset vr̃ poᵗ. Sed si habitus est cā subē actus: tūc habitus est illud quo quis pōt agere cū prius nō posset. ergo ꝛc̃. Si ponať: ꝙ habitus sit poᵗ: sequiť ꝙ habēs plures habitus intellectuales bēat plures potentias intellectiuas: imo sequiť ꝙ habens intellectū ꝛ aliquē habitum intellectualem facientem ad subſtātiā actus habeat plures potentias intellectiuas: ꝛ idē est de voluntate ꝛ habitibus suis: hoc autem est inconueniens. ergo ꝛc̃. ¶ Si autem ponatur ꝙ faciat ad modum: videť idem inconueniens sequi: quia iste modus: aut est idem re cum actu ipso: aut non. si est idē re: sequiť ꝙ gcqđ est realr cā vniᵘ sit realr cā alterius: ꝛ sic adhuc stat ꝙ bitus est cā substantie actus: si sint respectus diuersi: ꝛ habitus sit causa ipsius modi: sequiť adhuc: ꝙ habitus sit potētia: quia aduenies alicui facit ipsuz posse: qđ prius nō poterat: potentia est tale quid. ergo ꝛc̃. Si autez ponatur: ꝙ habitus possit in vtrumq;: sequuntur omnia predicta sc̃ōuenientia: vt de se patet. ¶ Secundū dubium est: quia tales habitus non ponunť nisi vt actus meritorius de cōdigno sit proportionatus aliquo modo in valore ipsi premio. sed positis talibus habitibus adhuc non talis habetur ꝓportio. ergo ꝛc̃. maior patet ex superioribus. minor probatur sic: ꝙ predicti habitus non possunt facere talem proportionē: quia distantium in infinitū nulla est proportio saltem in valore. sed positis illis habitibus adhuc actus meritorius distat a premio nostro: qđ est deus in infinitū: quia deus distat in infinitum ab oi creatura. ergo ꝛc̃. ¶ Ad solutionem primi dubij. Prio intendo ostendere: ꝙ illi qui ponunt habitum non posse in substantiaz actus: sed solum in modū: non cuitant inconuenienz: ad qđ intendunt dicere alios: qui ponūt habitum posse in substantiā actus: imo puto qđ minus vitent q̃ alij: sicut declarabiť. ¶ 2° supposito ꝙ tā potentia q̃ habitus possunt in vtrūq;. scilz in subam ꝛ in modum actus: ostendam quomodo distinguantur: ita ꝙ vnuz dicatur potentia: ꝛ aliud dicať habitus. Tertio ostendam: quomodo teneri potest: ꝙ potentia respicit substantiā actus ꝛ habitus respicit modum. ¶ Quātū ad primum adduco rationē: que facta est: ꝛ quero vtrū actus ꝛ modus differant realiter: an non: si non sequiť: ꝙ illud: qđ realiter est causa vnius: etiam est causa alterius: ꝛ sic habitus est causa substātie actus: ꝛ per consequēs ſm eos habitus erit potentia. Si autē modus differat realiter a substantia actus: ita ꝙ actus ꝛ suus modus sint diuerse res: ita ꝙ per potentiaz causatur actus ꝛ per habitum causatur solus modus: adhuc stat ꝙ habitus sit potentia. Si bona est ratio eorū: qz illud ꝑ qđ aliquid pōt in aliud: cū prius non posset: siue actiue siue passiue est potētia. Sed stante ypothesi habitus est huius: qz per ipsum illud ꝙ hz habitū pōt in talē moduz: qui est ens reale cū prius non posset. g̃ ꝛc̃. imo videť ꝙ stante ypothesi predicta habitus habeat magis rōnem potētie: quā ponēdo ꝙ habitus vna cū potētia sit causa vtriusq;: qz ponēs ꝙ habitus per se nullius sit cā: nō ponit ꝙ aliquid per habitū sit simplr potens respectu cuiuscūq;. Sed tantū ponit: ꝙ aliqd per habitū sit potens presupposito: ꝙ prius erat potēs: sed nō sufficiēter sine habitu superueniente. Illi autē qui ponunt ꝙ potentia respicit actū: ꝛ habitus modū vt ꝓpriū effectū: necesse habent ponere: ꝙ aliqd est potēs simplr per solū habitū reᵘ alicuius effectus sibi ꝓpry. sed illud ꝑnᵐ: ꝑ qđ solū aliqd ꝑt in aliquē effectū magis vr̃ bre rōnē potētie q̃ illud ꝑnᵐ ꝙ nō hz effectū ꝓpriuz: nec dat posse sine alio dāte posse cū eo: ꝛ ab eo nec̃io ꝑsupposito ꝑ moduz subti ipsius ꝑncipy. g̃ ꝛc̃. ¶ Ad istud aūt vr̃ posse rñderi q̃druplr. Primo qz multa sunt: de q̃bus non cōstat ꝑ certitudinē vtrū differāt re vel nō: ꝛ de talibus est actᵘ ꝛ modᵘ: ꝛ iō ñ ꝑt bri ꝑ certo: vtz illō ꝙ sit cā actᵘ: sit cā mōi: ꝛ e ɔ. ¶ 2° sic poᵗ dici ad actū: ꝛ ñ ad modū: ꝛ iō

Aliqs actus meritorᵘ ꝑt eē duplr.

Juxta illud scoti in quoli beꝫ qōne. 4. vbi inquit nō opz oia in dubiū reuocare vbi supposiꝫ dicis cōmunibus ꝓpositū pōt declarari

illud quo aliqd põt in actũ dr po[a]:nõ aũt illud quo põt in modũ. ¶ 3° sic:qz act[o] bz entitatẽ pfectã:z p se intentam a nã:modus autẽ bz entitatẽ diminutã:z intendit a nã in ordine ad actũ. ¶ Quarto sic:qz potẽtia põt in actũ z in modũ:habitus aũt põt in solũ modum:z ideo potens in vtrũq; dicit potẽtia:sed potẽs in solũ modus dicit habitus. ¶ Sed nõ videt q; aliqõ istoz sufficiat: q; enĩ prio dicit de incertitudine drie actus z modi:nõ valz:qz quantũcũq; sit incertũ vtz actus z modus realiter differãt:certus tñ est:q; altera pars disiunctiue sit vera quecũq; sit:certũ enĩ est:q; ambe vel sunt idẽ realiter vel diuersę:certũ est etiã q; quacũq; parte data fz p̃ncipia eoz:sequit q; habit[o] sit potẽtia:sicut fuit deductũ:vnde rõ supius facta nõ procedit:accipiendo p certo alterã ptẽ illius disiunctiue.sed accipiendo p certo z necessario ipsam disiunctiuã absolute. ¶ Scõm etiaz nõ valz:qz licz modus nõ sit actus:cuius est modus:est tñ quidã actus:certũ est etiã q; licz ille modus nõ dicat actũ qui est forma:tñ creatio dicit actũ:qui ẽ ꝓductio: vnde ponẽdo habitũ causare modũ ponit habitus cãre actũ:qui est ꝓductio ipsius modi:z sic ponit habitus causa alicuius:qui est ꝓductio modi;ꝓpter qõ nõ pñt distingui potẽtia z habitus:sic q; vnũ respiciat actum:z aliud non:imo qõlz ipsoz respicit actũ lz respiciant diuersos actus. ¶ Tertia etiã rñsio nõ valz:quia quãtũcũq; modus sit ens imperfectũ respectu actus:cui[o] est modus:tamẽ cũ sit ens reale diuersum re ab actu:z habens diuersaz ꝓductionẽ a productione actus:z distinctũ p̃ncipiũ a p̃ncipio ipsius actus nõ põt dici:q; p̃ncipiũ ꝓductiuũ modi nõ dr posse:z per ꝯns nõ sit potẽtia.sed verũ est:q; nõ erit ita pfecta po[a]:sicut p̃n[m] act[o]: sicut posse sola accidẽtia est imperfectuz posse respectu posse subam:si aũt actus z modus vna ꝓductione nuõ ꝓducunt:necesse est:q; illud:qõ est p̃ncipium vnius sit p̃ncipiũ alterius. ¶ Quartuz qõ erat magis apparens nõ videt valere:qz quero vtrũ actus z modus eadem ꝓductione ꝓducunt aut nõ:si eadẽ ꝓductione producunt:tũc impose est:q; aliqd possit esse productiuũ modi:quin sit productiuũ actus:qz nihil põt esse p̃n[m] ꝓductiuũ alicuius si nõ sit p̃n[m] ꝓductiõis:nũc aũt ꝓductio actus:z modi dr vna numero.ergo ꝛc. ¶ Si aũt ponãtur diuerse ꝓductiones:z ponat sola potẽtia p̃n[m] p̃me ꝓductionis:tunc adhuc quero:vtrũ per solã potẽtiam possit ꝓduci ille modus aut nõ:si ponat q; per solã potentiã.ergo frustra ponit habitus:si nõ põt ꝓduci p solam potentiã:sed est necessarius habitus:sequit q; hñs potentiã solã nõ est potẽs ꝓducere illũ moduz:habitu autẽ aduenĩente efficit potẽs ꝓducere illũ modũ.sz fm p̃ncipia illoz:qui ponũt habitũ posse in modũ:illõ aduenĩens qõ nõ potẽs p̃us facit potens ad aliqd producendũ est potẽtia.ergo adhuc stat:q; habitus est potentia. ¶ Si dicat q; tale p̃ncipiũ nõ est po[a]:que facit posse in modũ:z nõ in actũ:nõ valz:qz sicut potuit posse p̃ducer modũ:est posse aliquẽ effectũ. ¶ Si dicat q; habitus nõ est potentia ꝓprie:qz presupponit aliqõ aliud p̃ncipiũ cui cooperet:illud autẽ p̃ncipiũ q; nullũ aliud presupponit dr potẽtia:ad hoc dico:q; istud est pro me: qz tunc habitus z potẽtia nõ distinguerent:qz vnũ põt in subam actus aliud in modũ actus:sed qz vnũ istoz p̃ncipioz nõ presupponit aliud p̃n[m] sui generis añ se: z hoc dicit potẽtia:aliud vero presupponit aliqõ p̃ncipiũ cui cooperet ad eundẽ effectũ:z istud dr habitus: sic ꝯ videt:q; illi qui ponunt potentiã posse in actũ z habitũ posse in modũ nõ euitant incõueniẽs ad qõ deducũt plusq; aly:imo min[o] scilz q; habitus sit potẽtia. ¶ Nũc quantũ ad istud membruz intendo scõo ostendere quõ potẽtia z habitus distinguunt non obstante q; concurrãt ad eundẽ effectũ.scz ad actũ z ad modũ:que nõ credo differre realr. ¶ Ad cuius euidentiã sciendum:q; in p̃ncipys tã actiuis q̃ passiuis:quedã p̃nt eẽ p̃n[a]:q̃ per se sine q̃cũq; alio sufficiũt ad agere:z pati z ad bñ z ꝓmpte agere:vel etiã pati:alia p̃nt eẽ p̃n[a]:que lz per se sufficiãt ad agendũ z patiendũ qualrcũq;:nõ tñ sufficiunt ad ℔ faciendũ ꝓmpte z pfecte sine alio:quedã alia p̃nt esse que per se sola nõ sufficiũt ad agendũ z patiendũ ẽt absolute:ita q; nõ sufficiũt per se sine alio adiuncto ad exeundũ in actuz actiue vel passiue:z ista talia p̃n[a]:que p se nõ sufficiũt duplr p̃nt se bre in hoc q; requirãt aliud secũ sine quo nõ p̃nt. Uno mõ:q; illud qõ ponit p̃n[m] nõ sufficiat sine alio presuppposito:qõ determinat per ipsuz vel ad agendũ:vel ad pfecte patiendũ:z tale p̃n[m]:q; nõ ẽ sufficiẽs sine alio ẽ ois bit[o]:nã ois bit[o] ꝓsuppõit aliq̃ potẽtiã quã determinat:vel ad agendũ vel ad ꝓmpte patiendũ z perfecte:ista aũt ꝓsuppositio itelligit fz agere z pati:ita q; ois habitus est tale p̃n[m] qõ presupponit aliud sui gñis.s.si sit actiuũ actiuũ:z si passiuũ passiuuz: q; aliquo mõ determinat per ipsuz habitũ ad agendum vel patiendũ. Alio mõ p̃n[m] nõ sufficiẽs põt regrere aliõ ita q; regrat illud vt supueniẽs per qõ determinet ad agendũ vel patiendũ:z tale p̃n[m] nõ sufficiẽs est potẽtia. differũt ergo po[a] z habitus lz cõcurrãt ad eundez effectũ:qz po[a] est p̃n[m] nõ ꝓsupponẽs aliud p̃n[m] sui gñis qõ determinet per ipsaz:z qñ tale p̃n[m] est per se sufficiens dr po[a] nõ indigẽs habitu:qñ aũt nõ est p se sufficiens sine aliquo addito determinante ipsaz dr po[a] idigens habitu:p̃n[m] aũt q; presupponit aliud p̃n[m] sui gñis q; determinet z habilitet p ipm dr habitus. Et ℔ rõnabilr dictũ est:qz lz vtrũq; sit p̃n[m]:tñ determinare z habilitare p̃n[m] sui gñis ꝓsuppositũ est ꝓpriũ ipsi[o] habitus: z iõ ab hoc accipit nomẽ:p̃n[m] nõ presupponẽs aliud sui gñis q; determinet p ipsuz retinet nomẽ potẽtie. ¶ Qñ aũt dico p̃n[m] sui gñis intelligo q; sint eiusdẽ gñis q; scz ambo sint actiua vel ambo passiua:z circa eosdem effectus.

¶ Ulterius notandũ:q; potẽtia se extendit vltra habitũ quẽcũq; determinatũ:qz si potẽtia nõ indigeat habitu absolute ad agendũ:sed ad pfecte agendũ:tũc certuz est q; potẽtia põt in aliquid sine habitu:z nõ ecõuerso. quia semper habitus presupponit potentiã:si autẽ non possit in aliquẽ actum sine habitu:tamẽ in tali potẽtia inueniunt diuersi habitus:quoz nullus se extendit ad omnes actus potẽtie:potẽtia aũt se extendit ad omnes actus omniũ habituũ:nullus enim habitus intellectualis se extendit ad omnes actus intellectus:qz vnus habitus non se extendit ad actus alterius.sed potentia intellectiua se extendit ad omnes actus oium habituum.

¶ Exemplum de predictis possumus accipere in istrumentis artiuz mecbanicarũ:ita q; accipiamus duritiez ferri pro potẽtia secatiua.sed figuras ferre securis:z dolabre:z sic de alys:accipiam[o] q̃si pro habitibus:modo predicte figure presupponunt duritiẽ z determinãt ad secandũ sic:vel sic:in quibus sectiõibus sectio z modus secãdi nõ sunt diuerse res.sz duricies regrit predictas figuras:vt per quas determinet ad sic vel sic secãduz:sic etiã in potẽtijs indigentibus habitibus ꝓrigit potentia:z po[a] regrit habitũ determinãtẽ z habilitãtẽ ipsaz:z sic pz q; potentia z habitus distinguunt:dato q; habit[o] vna cũ potentia possit in substantiã actus. ¶ Quantuz ad tertium quõ:scilz bis stantibus dicatur:q; potentia respicit substantiam actus z habitus modũ sciendũ:q; hoc dupliciter potest itelligi.vno mõ q; actus z modus

sint diuerse res: & q vnū diuersoꝝ causek realr a sola potētia: & aliud ab habitu: & hoc nō vr posse stare: sicut patuit ex premissis. alio mō pōt hoc itelligi: q realr loquēdo vtroq; exīte cā vtriusq; respectu vnū ipsoꝝ magis reducat in potētiā: & aliud magis in habitu: vt. s. qz po^{a} directe bz cāli^{re3} sup oēz actū fz po^{c} q̄lcūq; fiat. iō act^{o} po^{c} fm cōem rōnē actus reducit in po^{a3}: ita q intellige re fm q huius reduct in intellectū. sed fm q est tale intellígere: & talr elicitū reduct in habitū determinan tē potētiā ad talē actū determinate: & ad taliter elicien dū. Et sīle huius inuenīt in alys: cōstat enim q q̄ gnāt ignis: ista gnātio dr & transmutatio: & ignitio: & ꝺstat q illa transmutatio & ignitio sunt vnū realr: & qcqd est cā vni^{o} est cā alteri^{o}: tñ inquātū est trāsmutatio ad foraz reducit in ꝑmū trāsmutans ad formā. s. in vtutē celi: in quātū est ignitio reducit in ignē gnāntē: & sic pz quō fz quādā appropriationē dicat potentia respicere subam actus: habitus vo modū. ¶ His premissis satis facilr iudicio meo nūc soluit p^{m} dubiū: naz ad auctitates phi: ghus vr: q potētia causat actū: & habitus modū: si eēnt mille pōt ad oēs dici: q ꝺ itelligit fm predictā adaptationē: nō aūt quin vtrūq; sit cā vtriusq; realr loquēdo: ipse eni phs frequēter facit talē adaptationē in reducē do effectus ad cās. ¶ Ad rōnē aūt qua dicit: q si habitus est cā substantie actus: q segt: q habitus sit po^{o}: pz ex dria po^{rū} iter habitū & potētiā: dato q vtrūq; sit causa ipsius actus. ¶ Ad formā ḡ argumēti: qñ dr: q illō qō facit aliqd posse est potētia: dico q ista ꝓpō ita est ꝺ ponētes habitū posse i modū: sicut ꝺ ponētes: q possit in actū: qz posse ꝓducere modū est posse aliquē actum. ¶ Ad ꝓpositū aūt dico: q illud qō nō potēs facit posse est po^{o}: qñ ita est: q nō potēs ad eius aduētū nō presupponit aliqō p̄n^{m} illius gñis: q per illud aduenīēs determinet: habitus aūt ois presuppōit aliqō p̄ncipiū sui gñis: qō determinat per ipsuz mō: ꝺ expositū est. ¶ Si aūt itelligat illa ꝓpō: q illud qō aduenīens alicui hīti p̄n^{m} imperfectū insufficiēs ad agendū vel patiēduz nō determinet p aliqd supueniēs sit potētia: dm q nō ē verū: nisi accipiat po^{o} largo mō: quo ēt habitus pōt dici po^{o} & a phō qñq; vocat po^{o}. ¶ Ad scām dublū dz: q illud p̄miū: cui dz ꝓportionari actus meritorii^{o} in valore aliquo mō: nō est deus fm suā entitatē absolute ac ceptus: qz certū est: q iter deū & creaturam aliā nō est aliqua ꝓportio in valore. sed ista ꝓportio itelligit inter actū meritoriū & beatitudinē creatā: que nō distat in ifinitū ab actu meritorio. In vtroq; eni tā in merito: q̄z in ꝑmio creatura rōnalis bz aliquā pfectionē creatā exīt̄em in se: sicut in subo: & bz infinitū bonū: q est deus ꝓ obo. ¶ Sed tunc posset ꝺ hoc obyci: qz nō est va ꝓportio alicuius adeq̄tionis in valore inter actū meritoriū & beatitudinē futuram: qz semp actus btificus excedit actū meritoriū. ¶ Ad hoc videt mihi dm: q sicut eq̄litas in cōmutationibus nō attēdit fm valorē rerū nā lium: put vna res in nā sua est eminentioꝝ alia: sic eniz omne aurū & argentū nō equaret alicui viuo quacūq; vita: sed fm valorē quē bñt in ordine ad indigentiā vl ad vsuz hoīuz. Ita etiā ꝓportio eq̄lis adeq̄tionis inter actū meritoriū & premiū qō expectat a deo: nō dz attēdi solū quantū ad nobilitatē ipsoꝝ actuū fm se: sed fm valorē in ordine ad bonorē dei: & ad cōmodū vel idigē tiā p̄miū recipientis: & talis adequatio pōt eē inter me ritū & p̄miū: qz meritū fm intentionez facientis ita pōt cedere i bonorē dei: sicut p̄miū cedit incōmodū ipsius: q recipit p̄miū: qz ille q vere meret a deo btificari eli geret aut omitteret qōcūq; cōmodū q̄ facere aliquem vel cōmitteret aliqd ꝺ bonorē dei: & forte hoc est q frater Tho. itelligit: q licz actus meritorius nō adequat forāliter ipsi p̄mio in valore: adequat tñ ei aliquo mō vtualr: sicut etiā in vtute semis cōtinet aial pfectū: q ē nobilius formalr ipso semie: sic etiā volūtas: q̄ quis vel let exponere qōcūq; cratū ꝓ bonore dei per ipsaz etiaz beatitudinez isto modo adequat btitudini: nec hoc est cōtrariū ei qō dictū est supra. s. q meritū de ꝺdigno dz ex sua spē equari premio: qz hoc nō intelligit sic: q fm suas rōnes specificas equalē nobilitatez bēant: sz qz ex nā sua. s. ex hoc q sunt tales habēt talē equalitatē in va lore in ordine ad bonorē dei & comodū recipientis pre miū: mō quo ex nā rei in ordine tñ ad indigentiaz hoīs dicerē aliqua mensura bladi valere vnū bouē: & sic pz ad dubia premissa. ¶ Ad rōnē in oppositū dm: q illa rō petit difficultatē vnā. s. vtrū sit ponere vtutes mora les infusas: sustinēdo aūt q sint virtutes morales infu se: dico ad argumētū quo obycit ꝺ hoc: qz bērent sīles actus tñ acquisitos: q hoc bz veritatē quantū ad act^{os} exteriores: qui sunt ieiunare: vel mortē sustinere: vl aliquid tale: tñ quantū ad actus interiores nō dz q bēant similes actus: qz imperiū fidei & charitatis aliter habēt monere timores & audacias & ipsas cōcupiscentias quā imperiū dictaminis rōnis nālis: & in ordine ad aliuz fi nem. ¶ Dato etiā q hērent sīles actus interiores & ex teriores: adhuc nō segt gn sit ponere vtutes morales i fusas: quibus appetitus disponat ad hoc q sit mobilis a tali mouēte. s. a rōne & volūtate pfectis fide & charitate: nā bz idē calor spē possit fieri p lumē & motū & ignē cale facientez: tñ alia dispō requirit in hoīe ad hoc: q mobile moueat ad calorē ab hoc motore vel ab illo: sicut etiā ponit q alia dispō requirit in hoīe ad hoc: q sit bñ mo bilis ab instinctu spūs sci: & ad hoc q sit mobilis a rōne & volūtate perfectis fide & charitate: ponēdo ēt q non sint virtutes morales infuse adhuc dr ad illā rōnem: q nō est sīlis necessitas respectu vtutū moraliū infusarū: sic respectu theologicaꝝ: nā valor meriti ꝺsistit simplr & p̄ncipalr in actu virtutū theologicarū: & suū valorē nō habēt ab aliquo alio actu imperāte illos: sed ab obo: & in ordine ad bonorē dei: mō quo dictū est. sed actus vir tutū moraliū bñt valorē ab alio actu imperante: qz nō bñt sufficientē valorē nisi inquātū iperant a charitate: & iō nō est similis necessitas habēdi virtutes infusas mo rales: & habendi theologicas infusas. Qō. V.

Quinto querebat: vtrum sapia sit vnus habitus formalr: & arguit: q sic: qz vnitas obi formalis ar guit vnū habituz formalr. sed sapientia bz vnū obm forale. s. ens fm q ens fm Auicen. ergo ⁊c.

Contra illud: q cōplectit duos habitus: nō est vnus habitus formalr. sz sapia cōplecti tur intellectū & sciam: vt pz per phm 6^{o} ethicoꝝ. g̃ ⁊c.

¶ Et qz rndēs dicebat: q sapia ꝓpe dicta est vn^{us} habi tus formalr: de qua non intelligit phs. 6. ethicoꝝ: argue bat cōtra: qz sapia ꝓpryssime dicta est habitus theologie. sed theologia non est vnus habitus formalr. Illud eni q bz oba diuersarū rōnū formaliū: quoꝝ vtrūq; p se respicit: nō ē vnus hitus: sed theologia est huiusmōi: qz est de opabili a nobis: & de nō opabili a nobis. g̃ ⁊c.

¶ D. in scientys nālibus prouisuz est nobis de duplici habitu: vno speculatiuo: & alio practico. ergo & in scia supernaturali: cuiusmodi est theologia. sed habitus speculatiuus nō est practicus: nec econuerso. ergo theologia non est vnus habitus.

Ad euidentiam buius qõnis facilẽda sunt quattuor. Primo pmittenda sunt aliq̃ ptinentia ad vnitatẽ cuiuslibz scie. Scõo oñendũ est: qũo diuersimode bñt cõnecti in scientys humanitus inuentis opabilia: z speculabilia: z in theo⁹. Tertio oñdere itẽdo theo⁹ z eẽ sciaz ō speculabilibus: z opabilib⁹. Quarto adducã rõnes: q̃ sũt in ꝯriũ: z soluã.

Primꝰ arti. Quantum ad pmũ suppono: qꝺ ad vnitatẽ scitie pter vnitatẽ habitus z medy reqrit vnitas rõnis formalis obi adequatis habitũ scie: qz ois habitus bz aliqõ p se pmũ obm sibi adequatuz: ita qꝺ tale obm nõ excedit habitũ: nec habitus excedit virtualẽ cõtinentiã talis obi formalis: dico aũt virtualem cõtinẽtiã formalis obi: qz lz habitus scie se extẽdat ad cõsiderãdũ aliqd diuersuz a suo formali obo: qz tñ nõ extẽdit ad ꝯsiderãdũ aliqd nisi inquãtũ bz attributionẽ: z cõnexionẽ in sua cognoscibilitate ad suũ pmũ: z forale obm: pro tãto dr nõ excedere cõtinẽtiã virtualẽ sui primi z per se obiecti. Et ex hoc accipio: qꝺ illa scia: que considerat aliqõ pmũ: z p se obm: bz considerare oia illa: q̃ in sua cognoscibilitate bñt ꝯnexionẽ: z dependentiã ad rõnẽ sui pmi z per se obi: qz illa que bñt adinuicez ꝯnexionẽ: z dependentiã opz: qꝺ reducant ad aliqõ vnũ: in qõ bñt talẽ cõnexionẽ: z iõ illa: que in sua cognoscibilitate vl scibilitate bñt cõnexionẽ ad aliqõ vnũ inquãtũ talia debẽt reduci ad eandẽ sciaz cũ illo: nec refert vtrũ illa ambo. s. id: qõ reducit: z id ad: qꝺ fit reductio sint speculabilia: vel vnũ speculabile: z aliõ opabile: qz talis diuersitas nihil facit ad ꝓpositũ. sed sufficit: qꝺ siue sit speculabile siue opabile: qꝺ bẽat cõnexionẽ in sua scibilitate ad rõnẽ formalẽ ipsius obi pmi: z p se mediate: vel ĩmediate. sed verũ est: qꝺ hoies magis admirant cõnexionẽ speculabiliũ z opabiliũ in scibilitate q̃ cõnexionẽ speculabiliũ adinuicẽ: vel opabiliũ adinuicẽ: z ꝟ est: qz in obis sciarũ humanitus inuentaꝝ nõ inuenit talis cõnexio iter speculabile z opabile: z cã dicẽt statiz: z ꝟ sufficiat de primo.

Scõo artic. Quantum ad scõm sciendũ est: qꝺ de cõnexione opabiliũ ad speculabilia alr ẽ in scietys humanit⁹ inuentis: z alr in theo⁹: qz in scietys hũanitus inuentis nõ determinat de aliquo obo prio z per se: ad cuius rõnẽ formalẽ opabilia vt opabilia sunt bẽant p se ꝯnexionẽ ad cognitionẽ speculabiliũ. Cuius rõ est: qz in scientys speculatiuis humanitus inuentis obm est aliqd speculabile: puta ens in eo qꝺ ens: vel mobile in eo: qꝺ mobile: z sic de alijs: nũc aũt nullũ speculabile est rõ fm suã rõnẽ vlem vtuose operãdi: nihil enim est dictu: qꝺ aliqs aliqd agat: puta qꝺ abstineat: vel fortiter agat pp ens in eo qꝺ ens: vel pp mobile in eo qꝺ mobile: pp qõ nõ est ibi talis cõnexio in scibilitate iter speculabile z opabile. sed iter sciam: vl cognitionẽ speculabilis z opabilis vtuose est bñ talis cõnexio in scibilitate in scietys hũanitus inuẽtis: nã pbi posuerũt bñ viuer vtuose: p qõ sedãt passiones ordinari ad speculationez oboꝝ speculabiliũ sicut ad finẽ: z pp ꝟ fm ipsos ꝺtem platio vitatis de talibus speculabilib⁹ est rõ: q̃re aliqs debeat vtuose viuere: z iõ fm eos cõtẽplatio veritatis: z opari vtuose bñ bñt ꝯnexionez in sua scibilitate. sed sic opari z obm cõtẽplationis nõ bz talẽ connexionẽ: z qz scia cõsiderãs de aliquo obo formali nõ se bz extẽdere ad illa: que pñt brẽ attributionẽ ad ipaz cognẽ actualẽ: vl bitualẽ: sz ad illa tm̃: q̃ bñt attributionẽ ad obm formale cognitũ: iõ nõ inuenit aliq̃ scia hũanitus inuẽta: q̃ consideret de speculabili z opabili. ¶ Sed qz opabile loquẽdo de operibus virtutũ ordinat ad ipsaz speculationẽ sicut ad finẽ: z bz cõnexionẽ ad ipaz cõtemplationẽ in sua scibilitate: iõ bñ inuenit scia humanitus inuenta: que tractat de opabili vtuoso: z de habitibus cõtẽplatiuis: sicut pz in libro etbico. vbi pbs agit de vtutibus moralibus: z de itellectualibus nõ solum practicis sicut est prudentia: sz etiaz de speculatiuis: sic̃ est sapia. ¶ In theologia aũt oppositio mõ se bz: nã ipm obm speculabile. s. deus in eo qꝺ deus est pncipalis rõ bñ virtuose operãdi. Itẽ dato: qꝺ nullũ aliud cõmodũ sequeret z quantũ ad speculationẽ vie: z q̃tũ ad speculationẽ prie adhuc pp deũ ipsuz est bene operandũ: z q̃uis cõtẽplatio vie: vel prie posit aliquo mõ eẽ rõ bene operãdi inquãtũ bñ opari põt aliquo mõ valere ad vtrũq̃: vel p modũ clarificãtis intellm: vel per modum meriti: tñ rõ pncipalis bñ opandi est ipse deus fm se: vñ q cognosceret bñ opari vt ordinabile tm̃ ad ꝺtẽplationẽ hanc vel illã nõ brẽt noticiã q̃ theologus dz brẽ de bene opari: qz ignoraret rõnem pncipalẽ bñ opandi q̃ theologus cõsiderat: vnde talis quantũ ad ꝟsiderationẽ: q̃ tradit theologus eẽt ignorãs: z nihil refert: vtruz deus fm qꝺ deus sit ratio bene operandi: vel fm qꝺ creator: vel redemptor: qz etiã iste rõnes sũt speculabiles a nobis: vñ rõ pncipalis bñ opandi: ad quã opari babz ordinari est deus quantũ ad aliquã rõnẽ: que est a nobis speculabilis. ¶ Quia g̃ rõ bene operãdi pncipalis in theologia nõ est ipsa cõsideratio obi speculabilis: imo ipz obz speculabile. s. deus quo ignoto bñ opari est ignotũ q̃tũ ad notitiã q̃ theologus dz brẽ: ideo bene z virtuose operari prout theologus de eo cõsiderat: bz cõnexionẽ: z dependentiã in sua scibilitate ad ipsuz obm theologie: ita qꝺ de⁹ q est obiectũ theologie est rõ pncipalis cognoscẽdi ipsa opabilia practice: quicũq̃ enim nouit deũ vt theologus debet nosse de seipso: qꝺ ipse debeat bene opari p pter deũ: z boc sufficiat de scõo.

Tertius arti. Quantum ad tertiũ suppono: qꝺ lz qõ mota fuerit de sapia: vtrũ sit vn⁹ habitus: mibi tñ vr qꝺ magis fuit introducta pp sapiaz: q̃ ẽ theo⁹ q̃ pp metaphysicã: qz cõiter oẽs tenẽt metaphysicã eẽ sciam vnã: z eevni⁹ obi formalis: z iõ boc supposito itẽdo ostẽdere: qꝺ theologia: que est tã de speculabili: q̃ de opabili est vna scia: z ad hoc adduco duas rõnes. ¶ Prima est talis: eadẽ scia bz tractare de aliquo formali: z p z p se obo: z de bñtib⁹ ꝯnexionẽ ad ipsuz in sua scibilitate: sed speculabile: qꝺ est deus: z opabilia: de qbus tractat theo⁹ sunt huius: q̃ tc̃. maioz pz ex pmo articulo. mi. vo pz ex scõo: maiorẽ enim dependentiã vr brẽ bñ opari in sua scibilitate ad deũ: q̃ mot⁹ ad formã ad motũ ad locũ: qz magis deus est ratio bene operandi: q̃ motus localis sit ratio motus ad formã: z iõ babit⁹ theologicus nõ plus plurificat ex eo: qꝺ tractat de speculabili: z operabili: q̃ plurificet pbia nãlis ex hoc: qꝺ tractat de mobili ad locũ: z de mobili ad formã: imo minus q̃liscũq̃ sit illa vnitas: que requirit ad vnitatẽ scie. ¶ Scõa ratio talis est: bene z virtuose operari habet maiorem cõnexionẽ ad deũ in sua scibilitate: prout theologus habz de eis considerare q̃ bẽat fm qꝺ pbs bz de eis cõsiderare ad speculationẽ: vel ad habitus speculationis. sz in scientys humanitus inuentis eadem scientia cõsiderat virtuose opari: siue virtutes morales z habitus speculatiuos: qui sunt virtutes intellectuales. ergo tc̃. mi. patet qz de vtrisq̃ tractat pbs in lib. etbicoꝝ. ma. etiaz pz: qz deus est magis ratio bene operandi: q̃ quecũq̃ contẽplatio. ¶ Nunc quarto ponende sunt rationes contra premissa z soluende: solent autez adduci ꝯ pmissa gnq̃ rõnes: quarũ pma talis est: impossibile est eandem scientiã

eē de diuersis obtis formalib⁹ p̄n^r:ita q̄ de vtroq; tra-
ctet p̄ncipal^r:qz eiusdē habitus nō sunt diuersa obiecta
p̄ncipalia.sz theo^a tractat de deo p̄n^r:q̄re nō tractat de
opabilib⁹ p̄n^r.g̃ ꝛc̄.ma.ē manifesta.mi.p̄baī dnp^r:q̄tū
ad hoc:q̄ dicit:q̄ theo^a tractat de opabilib⁹ p̄n^r:qz tra-
ctat de deo p̄n^r oēs ꝺcedūt:p̄ p̄baī sic. Illud ꝺsiderāt
a theo^o p̄n^r:qđ ꝺsiderāt ab eo:circūscripta q̄cunq; alia
ꝺsideratiōe.sz theologus bz cōsiderare bñ opari circū-
scripta cōsideratiōe cuiuscūq; spēi^e:qz dato:q̄ theolo-
gus nō cōsideret q̄cunq; speculabilia in diuinis:adhuc
cōsideraret opabilia pp vitā eternā bñdā. Juxta illud
Mathei:si vis ad vitā igredi serua mādata.g̃ ꝛc̄. ℂ ꝛ°
sic:nō minus bz theolog⁹ cōsiderare opabilia ciuilitat
xp̄iane:q̄ phōs opabilia ciuilitat būane:sed in scientys
physicis est aliq̄ scia:q̄ ꝺsiderat de opabilibus p̄n^r:ꝛ sic̄
de p̄ncipali obo.g̃ ꝛc̄. ℂ Scōa rō talis est.si opa virtuo
sa:de gb⁹ tractat theologia ordinarenr̄ tm̄ ad cōtēpla-
tionē:ita q̄ ad nihil aliud valerēt nisi ad serenādū ocu-
lū mētis pp speculatōez vie:tūc opabilia nō ꝺsiderārē
tur a theologo:nec opteret:q̄ alia scia tractaret de spe-
culabili:q̄ est deus:ꝛ de opabilib⁹ serenātibus mentez
in ordine ad talē speculationē.sed predicta opabilia nō
ordinant̄ solū ad predictā speculationē:imo ordinātur
p̄ncipal^r ad vitā eternā.g̃ alia scia est de p̄dictis opabi-
libus quā illa:q̄ cōsiderat speculabilia diuina. ℂ ꝫ^a rō
formaī sic a gbusdā:nō minus bñ prouisuz est ciuilita-
ti xp̄iane q̄ ciuilitati būane.sed in ciuilitate būana ha-
benr̄ diuerse scie de spēb^us ꝛ opab^us.g̃ ꝛc̄. ℂ Quarta rō
est ꝫ rōnē pōnie:ꝛ est talis:tu dicis:q̄ de deo ꝛ opab^us ē
vna scia:qz opal^is bñt attributionē ad deū.sz oia habēt
attributionē ad deū.g̃ ſm hoc theo^a nō magis deberet
determinare ō opab^us q̄ de gbuscūq; alys:puta de plā
tis:vel aialibus:vl̄ gbuscūq; alys. ℂ Quito ad idē sic:
cōstat:q̄ oēs virtutes bñt attributionē ad hoīez:sz ſm
te eadē scia bz tractare de aliquo:ꝛ de bñtibus attribu
tionem ad ipm.g̃ scia tractans de hoīe in eo q̄ hō:bret
tractare de oibus vtutibus:qđ vr̄ eē falsuz.g̃ ꝛc̄. ℂ Ad
primā rōnē dōm:q̄ aliquā scia bz p̄n^r ꝺsiderare de aliq̄
pōt itelligi dupl^r. Uno mō ſm q̄ ꝺsiderare p̄n^r distin-
guī ꝫ ꝺsiderare p accēns:ꝛ sic loquēdo de ꝺsiderare pn
cipal^r:maioz est falsa:qz eadē scia p̄t isto mō ꝺsiderare
de diuersis p̄n^r.i.nō p accēns:cōstat.n.q̄ scia cōsiderat
p se de suo p̄:ꝛ p se obo:ꝛ de bñtibus p se attributionez
ad ipsum. Alio mō pōt accipi p̄ncipal^r put distinguī ꝫ
scōario:ꝛ tūc dr̄ p̄n^r cōsideratū illud:q̄ est p̄^m ꝛ p se obz
ꝛ tūc maioz est va:qz ipole est eē duo p̄ma:ꝛ per se oba
vnius habitus:qz p̄mū ꝛ p se obm est adequatū ipsi ha
bitui:ex̄ cuius cōtinētiā vtualē mō:quo supra expositū
est:habitus nō pōt se extēdere:sed minoz q̄tū ad istum
sensum est falsa.s.q̄ theologus ꝺsiderat opabilia p̄n^r.i.
vt obm p̄:ꝛ p se cōsideratū:imo ꝺsiderat ea:vt bñt con
nexionē i sua scibilitate ad deū:q̄ est p̄mū:ꝛ per se obz.
ℂ Ad p̄mā ꝓbationē:q̄ adducit̄ ad ꝓbādū illā mino-
rē dōm:q̄ principalis ꝛ potissima rō bñ opandi est ipse
deus ſm se:nō aliqđ cōmodū pueniēs ex bono ope:ꝛ
iō ꝺsiderare bñ opari nō vt ordinabile ad honorez dei
eēt ignorare p̄ncipalē rōnē bene operādi:ꝛ scire minus
p̄ncipalē:vñ mihi vr̄:q̄ deberēt dicere opp^m.s.q̄ si nul-
lū p̄mīū expectarenr̄:adhuc theolog⁹ ꝺsiderans de deo
ſm q̄ de⁹ deberet ꝺsiderare bñ opari in ordine ad ho-
norē dei. In alio ēt deficit illa ꝓbatio:qz theologus nō
cōsiderat vitā eternā nisi in ordine ad speculabile:qđ ē
deus. ℂ Ad scōam ꝓbationē dōm:q̄ theologus pfe-
ctius cōsiderat operabilia q̄ phōs:nec tm̄ opz:q̄ theolo-
gus hēat aliquā sciam de opabili:vt de p̄:ꝛ per se obto:
qz licz illud:qđ cōsiderat in aliqua scia p̄ ꝛ per se perfe
ctius est:q̄ illud qđ ꝺsiderat scōario in eadē scia:nihil
tm̄ p̄hibet cōsiderationē scōariā de aliquo in scia emi-
nente esse perfectiorē p̄ma:ꝛ p̄ncipali cōsiderationē:q̄
posset esse de eodē in scia inferiori:ꝛ iō licz opabile non
sit p̄:ꝛ per se obm theo^c:sicut est p̄ ꝛ p se obm lib.etbi.
tm̄ ꝺsideratio theologi de opabili est perfectior q̄ cōsi-
deratio lib.ethicox. ℂ Causa aūt quare in sciētys hū
nitus inuentis nō iuenīūr̄ aliq̄:que hēat speculabile pro
p̄mo:ꝛ per se obo:ꝛ ꝺsideret de bñ opari:dicta est supra
ꝛ ostensuz est:q̄ nō est sītis cā in theo^a. ℂ Ad scōaz rō-
nē dōm:q̄ deberet ꝺcludere opp^m:qz si ita eēt:q̄ bene
opari ordinarenr̄ tm̄ ad speculatōez vie:ita q̄ bret attri
butionē ad cognitionē dei:ꝛ nō ad deū ipz:tūc sequere
tur:q̄ scia ꝺsiderās ō deo nō bret ꝺsiderare de bñ opa
ri:qz vnitas scie ñ attēdit penes attributionē ad cogn̄ē
obiecti.sz penes attributionē ad obm cognituz:ꝛ iō vr̄
mihi:q̄ si opal^e ꝺsiderarenr̄ tm̄ in theo^a:vt bz attributio
nē ad cogn̄ē dei:ꝛ nō ad ipz deū:q̄ scia:que considerat
de deo:nō bret de opabili ꝺsiderare:sicut in sciētys hu
manis:scia:que cōsiderat de aliquo spēi^i:nō considerat
de bñ opari:sz ſm phos bñ opari ordinenr̄ ad specula-
tionē. ℂ Dōm est g̃:q̄ theolog⁹ ꝺsiderās de deo p̄ can
dē sciam ꝺsiderat de bñ opari nō pp attributionē quā
hēat bñ opari ad cogn̄ē dei.sed pp attributionē:quā bz
ad ipm deū:q̄ est p̄ncipalior rō bñ opandi. ℂ Ad tertiuz
dōm:q̄ illa forma arguēdi vix bz aliquā apparentiaz:
qz si xp̄ianis melius p̄uisuz est de cognitionē spēi^m:ꝛ
opabiliū:q̄ phōs:non opz q̄ si phī bñt de his diuersas
scias:q̄ xp̄iani hēant ēt diuersas scias de eisdez:imo ex
hoc:q̄ xp̄iani bñt perfectā cognitionē de vtroq;:p vnā
sciaz ē melius p̄uisuz eis q̄ illis:qui nō p̄nt br̄e pfectā
cognitionē de eis:nisi p diuersas scias. ℂ Ad q̄rtū dōz:
q̄ oia:q̄ sūt:bñt attributionē ad deū:vñ q̄cūq; br̄et pfe
ctā cognē de deo in eo q̄ ōs br̄et cognē de oib⁹:iter illa
tm̄:que attributionē bñt in sua scibi^ie:ꝛ p̄cipue quantuz
ad nos q̄tū ad alia:ꝛ q̄ sunt magis necessaria:ꝛ iō magl
ꝺsiderant̄ a theologo q̄ alia:ꝛ iter ista est vnū bñ opa
ri. ℂ Ad ꝯ^m dōz:q̄ vtutes nō bñt sil'em attributionem
ad hoīez:sicut ad deū:nā ly bō sit ille:q̄ bz viuere vtuo
se ad essentiā tm̄:ꝛ nām hois nō segr̄ nēcio bñ viuere:ly
ad ipm cōsequar̄ aptitudo bñ viuēdi.nā etiā hois nō ē
ita per se rō bñ operādi:sicut de⁹:nā p̄ncipalis rō bene
operādi nō est q̄cūq; bō per se accept⁹.sed deus ſm se ē
p̄incipalis ratio bene operandi:vnde bene operari ba
bet maiorem connexionem ad deum ſm q̄ deus:q̄ vir-
tutes ad hominē ſm q̄ homo. Item nulla scientia est:
que habeat pro primo:ꝛ per se obiecto hominem in eo
q̄ homo:ꝛ forte si esset aliqua talis sciētia haberet tra-
ctare de omnibus virtutibus:quare autem non habea
mus talem scientiaz non pertinet ad presens negotiū.
Illud aūt ē:q̄ introducit̄ de theologia humanitus inuē-
ta.scilz de metaphisica:nō credo fuisse de principali in-
tione querentis:qz credo q̄nem fuisse motam propter
theologiā nostram:nam metaphysica supponit̄ ee vna
scientia ex vnitate formalis obiecti sicut:ꝛ alie scientie.
ℂ Qz autem adducitur in cōtrariū:q̄ comprehendit
duos habitus.scz intellectū:qui est habitus p̄ncipioz:
ꝛ scientiā:que est habitus cōclusionis. ℂ Hoc soluitur
tribus modis. Uno modo:q̄ sapiētia non sit essentialr
scia ꝛ intellectus:vel quidā habitus cōpositus ex eis.sz
qz vtrūq; habitū regrit.sic tm̄:q̄ ipsa est vnus illoꝝ ha
bituū essentialr.s.scia:ꝛ aliū requirit vt adiunctū:ꝛ pre
suppositum. Iste autem modus soluendi non videtur
mihi satisfacere:qz isto modo oīs scientia cōprehendit

Scīam aliq̄ ꝺsiderare p̄n cipalr de aliquo dupl^r ꝑt intelligi.

Bñ opari ꝑt phos ordina nat̄ ad specu lationē ꝑmo ō Hvide Aū ropz.7.phy. cōmen. 20. ꝛ tertio de aia cōmēto.36.

habitū vtrūq; .s. sciaz ⁊ intellectū: qz ois scia ꝑsupponi necessario habitū ꝑncipioꝝ: ex ḡbus demr̄at: vñ ℔ non est ꝓprīū sapie. ¶ Alio mō soluīt sic: qz sapia dr̄ cōpze bēdere sciaz ⁊ intellectū: qz respectu ꝑmoꝝ ꝑncipiorū: ex ḡbus ꝓcedit sapia nō requirīt aliqs habitus nisi sola po⁹ intellectiua: ⁊ iō dr̄ sapia scia ⁊ itell's: qz ipsa: q̄ eēntialr̄ est ipsa scia: q̄ est habitus ꝑnuz: dr̄ esse intell'e: eo q̄ nullū aliū habitū ꝑsuppon⁹ ⁊ ꝑ̄ superadditū po⁹ intellectiue sicut ꝑsupponūt alīe ptic̄ulares ſcie: quoꝝ ꝑn⁹ regrunt aliquē habitū supadditū ipsi po⁹ intellectiue: ḡ dr̄ habitus ꝑn⁹ꝑ. Iste ēt modus non vr̄ satisfacere ꝑ: qz posito q̄ ita esset: sicut ponūt quātū ad hoc: q̄ habitus ꝑmoꝝ ꝑn⁹ꝑ nihil addit sup po⁹ intellectiuā: ⁊ habitus alioꝝ ꝑn⁹ꝑ addit: tm̄ sicut illi habitus ꝑn⁹ꝑ se bērent ad ipsas scias al's a me⁹: ita ēt potēcia intellectiua: q̄ dr̄ habitus ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ se baberet ad metaphysicā: ſz alie scie nō sunt ipsa scia: ⁊ habitus ꝑn⁹ꝑ. ḡ meta⁹ nō est scia: ⁊ po⁹ intellectua. ḡ stāte ypothesi adhuc n̄ vr̄: q̄ sapia. s. meta⁹ sit scia ⁊ intell's. ¶ Scō: qz nō oēs cōcedūt: q̄ habitus ꝑmorū ꝑn⁹ꝑ nihil addat sup po⁹ intellectiuā saltē quātū ad illos: qui ponūt spēs differētes ab actu itelligēdi. Tertio qz nō vr̄: q̄ in scia po⁹ intellectiua sufficiat sine habitu respectu ꝑmoꝝ ꝑn⁹ꝑ: gn etiā ipsa po⁹ intellectiua sine quocūq; habitu supaddito sufficiat respectu ꝑn⁹ꝑ aliaꝝ sciaꝝ: que statim occurrūt itellectui: sicut motū eē: ⁊ sic multa alia: que sunt ꝑma ꝑn⁹ in mathematicis: ⁊ in scia nāli. ¶ Tertio mō soluīt illa rō: qñ dr̄: q̄ sapia est scia ⁊ itell's: q̄ boc nō itell'r ex ꝑte cognoscibiliū: qz. s. me⁹ nō solū ꝯsiderat ea: q̄ ex ꝓncipys ꝯcludunt. sed ēt ipa ꝑn⁹: ⁊ al'r respicit ea metaphysic⁹: nā talia ꝑn⁹ ꝓtinēt ad itell'm: q̄ dr̄ habitus ꝑn⁹ꝑ. put ꝑm se occurrūt itellectui vt ꝑa absq; q̄cūq; inquisitione. sed meta⁹ cōsiderat ea al'r: ⁊ boc dupl'r. Uno mō vt ꝯnē. pbatā: nā meta⁹ talia ꝑn⁹. pbat: put pñt. pbari. s. a posteriori. Alio mō considerat me⁹ talia ꝑn⁹: vt subm: de quo aliq̄ pbant. pbat eni meta⁹ de istis ꝓncipys: q̄ sunt ita nota: q̄ opposita eoꝝ nō pñt mente cōcipi: q̄d oze dicat: qz sicut ibi pbat: ℣rie opiones iessent eidē: sic ḡ ꝯsequēdo istū modū: qui solus placet mihi: vī mihi: q̄ intētio pḃi sit: q̄ sapia. scz meta⁹ est scia ⁊ intell's: accipiendo ista ex parte cognoscibiliū: qz scz cōsiderat vtraq; obiecta: vt dictū est: nō aūt ex parte habituū: sic scilz q̄ meta⁹ sit tales vno habitus: vel aliqd ꝯpositū ex eis: ꝑ ℔ ꝑz ad oba. Q. V I.

Nota q̄liter metaphysica dr̄ scia ⁊ intellectus.

4. metaphy. Text. có. 9.



Exto querīt: vtrū intellectus viatoris possīt eleuari ad deuz cognoscendū absq; boc: q̄ abstrabatur a sensibus: ⁊ videt q̄ sic: qz plus distat intellectus a sensu q̄ imaginatio. sed ꝑz ꝑ̄m i de sōno ⁊ vigilia. imaginatiua ē in suo actu absq; boc: q̄ bō abstrabat a sensu. ergo ⁊ intellectus potest esse in quolibet suo actu absq; tali abstractione.

Contra cū venerit q̄ perfectuz est: euacuabīt q̄ ex parte est ꝑm apl'm: sed pfectuz accipit pro visione dei: q̄ ex parte est pro occupatione circa sensibilia. ḡ intell's viatoris nō pōt eleuari ad videndum deū sine abstractione a sensibilibus. ¶ Et qz respōdes tenebat ista ptē. arguit ꝯ eum tripl'r. Primo: qz intell's in via nō itelligit ꝑm q̄ ipse dicebat nisi ex sensibus. ḡ nō opz: q̄ ad intelligendū qōcunq; ab eis abstrabatur. ¶ Scō: qz xps vere fuit viator: ⁊ vtens sensibus corporis. sed ꝓpter boc nō ipediebat ab itelligēdo diuinā essentiā. ergo ꝛc. ¶ Tertio: qz cognitio rei in ꝓprio genere non impedit visionē nudaz in beatis. ergo nec in viatore cognitio sensibiliū impediet cognitionem dei.

Ad euidentiam huius qōnis ītēdo facere tria. ꝓ ꝑmittā q̄dā supponēdo ea. z⁹ in ḡrā cām illoꝝ sup⁹ꝑ. 3⁹ ex his rñdebo ad. q.

Primus artic.

Quantum ad ꝑm sciendū: q̄ aucītate sacre scripture tenem⁹ paulū fuisse raptū vsq; ad visionē eēntie diuine: tenet etiā: q̄ tūc fuit abstract⁹ a sensibus: sic q̄ ꝓ tūc non vtebat viribus sensitiuis: ⁊ boc accipit ex illo ẏbo: qō dr̄ qō tūc nescivit: vtrū fuerit in corpe: an extra corpus: certissima etiā fide tenemus: q̄ xps ſm aiam fuit pfectissimus cōprehēsor videndo deū per essentiā: ⁊ fruendo eo: ⁊ fuit sil' cum boc viator vtens viribus sensitiuis: sicut alij boēs: ⁊ ista tria sunt vera. ¶ Experimēto etiā ꝯstat nobis: q̄ qñ aia est multū intenta circa aliquā opationē ipedit in alijs opationibus: vel saltē quantū ad hoc: q̄ minus pfecte pōt al's opationes exercere: sic ꝓz: q̄ ille g aligd fortiter imaginat impedit ab opatione sensus exteriozis: ⁊ vehemēs applicatio ad opationes itellectuales impedit opationes nutritiue: ⁊ ēt opationes viriū sensitiuaꝝ: nisi iquātū sensitiue deseruiūt itellectiue: suppono ḡ ista sic certa vel ex fide: vel aucītate sacre scripture: vel experimento: boc sit dictum de ꝑmo.

Juxta illud phi in libro de sensu ⁊ sensato ad alia fortiter intēdit de lata sub oclis nō videmus.

Scōs artic.

Quantum ad scōm sciendū: q̄ cā q̄re vna opatio aie: ⁊ ꝑcipue qñ ad eā multū attēte applicat aia: ponit cōiter: qz ois po⁹ aie radicant in vna cēntie aie: ⁊ iō in quibusdā opatio vni⁹ ipedit opationē alterius: ⁊ qñq; opatio vnius po⁹ iuuat aliam per quandā redundantiā: sicut ex imaginatiōe alicuius delectabilis vigorat cor: ⁊ vires nutritiue partis. ¶ Ad cuius maiorē euidentiā sciendū: q̄ ꝓcipue quantū ad illa: que subsunt impio volūtatis: vires aie vel bō quātū ad tales vires pōt moueri a duplici motore: vel a voluntate ꝑ impiuz mouente quātū ad exercitiū actus applicādo vel intell'm ad cōsiderandū: vel imaginationē ad imaginandū: vel oculū ad videndū: ⁊ sic de alys: vl' ab ipsis obiectis: puta vīsus a colore: ⁊ auditus a sono. In q̄tū ḡ ꝓdicte po⁹ mouent a volū⁹ q̄tū ad actuū opatio vni⁹ ipedit opationē alteri⁹: qz vo⁹ nō ꝓt ītēdere pl'a vt pl'a saltē nō sibi ordinata adinuicem: ⁊ iō intētio vo⁹ applicata ad opationē vni⁹ retrahīt ab alia saltē q̄tū ad illa. que nō subordinant adinuicē: secus āt eēt: si adinuicē subordinarēt. sic ḡ intētio volūtatis applicata ad opationē alicui⁹ po⁹ nō solū retrahit ab alia po⁹: vl' ei⁹ opatiōe: verūetiā retrahit totū boiez ab opatiōib⁹ aliaꝝ viriū: ⁊ tāto plus q̄to pl's ītēdit tal' opatio: ita q̄ volūtas vehemēter applicās aiaz: in q̄ talis potēcia radicat: retrahit ipsaz aiam: ⁊ per ꝯs al's po⁹ radicatas in ipsa ab opationib⁹ aliaꝝ potēciaꝝ. Prout vero dicte potēcie mouent ab obo contingit: q̄ motio vnius ipedit motionē alterius: inquātū oēs isti mot⁹ vni⁹ sūt ꝑmi mobilis: qō est vel aia: vel cōpositū ex corpe ⁊ aia: diuersi aūt mot⁹ circa idē mobile qñq; se ipediūt dato: q̄ ſint illi mobili ſm diuersas rōnes susceptinas: sicut motus localis in aqua impedit motū: quo moueī ad similitudines colorū pp eandē cōnexionē cōtingit: q̄ ex vna potentia fit redundantia in aliā in illis: in quib⁹ nō sunt nata se impedire. sed iuuare: sicut leticia in appetitu sensitiuo iuuat virtutem naturalē cordis. sic ergo cōtingit operationē potentie impediri vel debilitari: vel iuuari ſm quādā redundantiā per operationē alterius ex causis predictis. ¶ Ulterius sciendū: q̄ virtute diuina ꝓt fieri: q̄ tale ipedimētū: vl' talis redūdātia tollat: vñ virtute diuina ꝓt fieri: vt bō vehemēter ītēt circa opatōez alicuius potētie nō ipediat in operatiōibus aliaꝝ: pōt etiā fieri virtute diuina: q̄ ex vna nō fiat redundantia in

alterã:ſicut ſũmũ gaudiũ xp̃i de fruitiõe dei nõ redundabat in vires inferiores impediendo:vel diminuẽdo dolorẽ:qui erat in eis:ꝛ hoc ſufficiat de ſecũdo.

Quantum ad tertiũz.ſ.quãtũ ad ſolonẽ qõnis qua q̃rit:vtrũ itellẽs viatoris poſſit eleuari ad videndũ diuinã ẽntiã:abſq; hoc:ꝙ abſtrahat a ſenſibilib⁹:dõm:ꝙ ſi q̃rat:vtrũ vtute diuina q̃li tercũq; hoc poſſit fieri:certũ eſt ꝙ ſic:ꝛ hoc ꝓbat rõ facta de xp̃o:qz certũ eſt:ꝙ fuit ſimul viator:ꝛ cõprehenſor videẽs eſſentiã dei pfectius q̃ aliqua creatura vnq; vidit:ꝛ tñ vtebat ſenſibus:ſicut alij hoies. Si aũt q̃rat vtrũ ꝑz curſuz cõez talis vite poſſit fieri ſine abſtractione ꝑdicta a ſenſibus:ꝙ aligs videat diuinã eſſentiã:vr̃ mihi ꝙ nõ. Et hoc ꝓbabilr põt ꝓſuaderi ex p̃miſſis ſic: aia multũ itenta circa opationẽ alicuius potẽtie ipeditr in opationibus aliarũ potẽtiarũ quãtũ ad illas potentias:que illi operationi nõ ſubſeruiunt:nec ad illã ordinantr:ꝛ quãto plus eſt itẽta:tãto plus impedit̃.ſz aia videns nude eẽntiã diuinaz icõpabilr plus eſt itẽta circa opationẽ illã quã poſſit eẽ circa q̃cũq; opationẽ nãlẽ:ꝛ illi opationi in nullo ſubſeruiunt vtutes ſenſitiue:nec ad ipſaz hñt ordinẽ:ſm quẽ vna po⁹ iuuat aliã:g̃ videt ꝙ viſio diuine eſſentie hoiem ipediat:ꝛ totalr retrahat ab vſu viriũ ſenſitiuarũ:niſi tale ipedimẽtuz deus tollat:ma.ꝑz exp̃emiſſis.mi.etiã ꝑz quãtũ ad vtrãq; partem:quã aſſumit:qz circa illã viſionẽ eſt maxia attẽtio:ꝛ ad eã nihil facit q̃cũq; opatio viriũ ſenſitiuaꝝ. ¶ Sz cõtra hoc poſſet aliqs obycere:qz qcqd fit in raptu:totũ fit virtute diuina:ſi g̃ virtute diuina põt fieri:ꝙ videns eſſentiã diuinã vtat̃ ſenſibus:videret̃:ꝙ per talẽ viſionẽ non ipediat̃ aliqs:qn poſſit vti ſenſibus. ¶ Et ad hoc dico:ꝙ virtute diuina pñt in aliquo ſit fieri duo effectus:ꝛ q̃ñq; põt vn⁹ fieri ſine alio:mõ dico:ꝙ cõferre viſionẽ diuie eẽntie:ꝛ tollere ipedimẽtũ ſequẽs:quo videẽs abſtrahat ab vſu viriũ ſenſitiuaꝝ:ſunt diuerſi effectus ſola virtute diuina poſſes:ꝛ poſſunt ſimul fieri:ꝛ poteſt etiã vnus fieri ſine alio. ¶ Quãdo ergo arguit̃. ꝙ totũ quicquid fit in raptu fit virtute diuina:dicẽdũ: ꝙ illud:qõ fit in raptu:fit vtute diuina.ſed cũ duo effectus poſſint fieri in raptu:vt dictũ eſt:nõ ſemp vtus diuina ſe extendit ad vtrũq; effectũ.ſcz ad conferendum viſionem:ꝛ ad tollendũ impedimentũ ſenſuum:ꝛ tunc ſemp viſio eſt cũ ꝓdicta abſtractione:quãdo aũt valt conferre vtrumq; effectũ:tunc viſio põt eſſe ſine ꝑdicã abſtractione:ſicut patuit in xp̃o:ꝛ erit in beatis:ꝛ ſic ꝑz ad queſtionẽ. ¶ Ad primũ in oppoſitũ dicendũ:ꝙ procedit ab inſufficienti:qz nõ cõiungi non eſt tota cauſa ipedimẽti vnius potẽtie per aliã:licz hoc requirat̃:imo cũ hoc requirit̃ non ſubordinari adinuicẽ:qz ille potentie:que ſibi ſubſeruiunt:non impediunt ſe in ſuis operationibus.ſed iuuant:nũc aũt ſenſus ſubſeruit imaginationi. In illa aũt viſione nulla vis ſenſitiua aliqd cõfert:ad minorẽ etiã põt dici:ꝙ ꝛz imaginatio nõ ſemper ipediat ſenſuz:põt tñ eẽ ita vehemẽs:ꝙ ipediret aliquos ſenſus ſaltẽ illos:qui eſſent magis remoti ab illo imaginabili:in illa aũt viſione maxima attẽtio eſt:ꝛ applicatio:vt dictũ eſt. ¶ Ad ſcõm dõm:ꝙ intellẽs in via nihil itelligit:niſi accipiendo a ſenſibus loquẽdo de cognitione nãli.ſed loquẽdo de cogne ſupnãli:qualis eſt in raptu:non eſt verũ:ꝙ talis cognitio accipiat̃ a ſenſu. ¶ Ad tertiũ ꝑz ex dictis in ꝓncipali ſolone. ¶ Ad 4ᵐ põt dici dupl̃r vno mõ:ꝙ ille due cognitiões in btis hñt aliquẽ ordinẽ:ꝛ ꝙ vna iuuat̃ per aliã.ſ.cognitio rep in ꝓpo gñe per cognitionẽ rerũ in vbo:alr põt dici:ꝙ ſic̃ virtute diuina põt fieri:ꝙ in oi viſione diuine eẽntie ꝑt ſtare vſus ſenſuum:ita virtute diuina fit:ꝙ ille due cognitiones ſunt ſil̃:ſic ꝙ vna non ipedit aliã. Qõ. VII.

Septimo q̃rebat̃:vtr̃ formans vbum de re ꝓpria cognita p formationẽ vbi ꝓficiat in cogne illi⁹ rei:ꝛ argũ ꝙ ſic:qz ſic̃ ſe hz difficilio ad nomẽ in declarãdo:ita ſe hz noticia declarativa ad noticiã ſimplicẽ.ſed ille:ꝙ trãſit de noie ad diffonez ꝓficit in cognitione.g̃ ꝛ ille:ꝙ de noticia ſimplici ad declarativam.

Contra qz ſi formãs vbũ ꝓficeret in cognitione: deus pr̃ cũ ꝓducat vbũ:ꝓficeret i cogne. ſed hoc eſt falſum:g̃ ꝛc. ¶ Ad euidentiã huius qõnis ꝓ dico:ꝙ hic nõ vr̃ mihi aliq̃ difficultas:qz h̃ nõ querit̃: vtrũ vbũ ſit actus itelligẽdi:vel aligd diuerſuz ab ipo. ſed qcqd ſit de hoc:hic ſolũ q̃rit̃:vtrũ qñ format̃ vbuz formãs ꝓficiat in cogne:ꝛ iſta qõ itelligit̃ de vbo nr̃o: ꝛ in h̃ nõ vr̃ mihi dubiũ:qz ſi ita eſt:vt gdã ponũt:ꝙ in oi actu itelligendi ſit formatio vbi:vr̃ mihi neceſ:ꝙ formãs vbũ vel fiat de nõ itelligẽte itelligẽs:vel de min⁹ itelligẽte magis itelligẽs:ſz qõlibz iſtoꝝ ẽ ꝓficere in cognitione.g̃ ꝛc.ma.ꝓbat̃:qz ſi in oi actu itelligẽdi forat̃ vbũ:ita ꝙ nullus act⁹ itelligẽdi poſſit eẽ ſine foratione vbi:certũ eſt:ꝙ qñ in ꝑ actu itelligẽdi forat̃ vbuz:fit de nõ itelligẽte itelligẽs:habito aũt ꝑ actu itelligẽdi:q̃ aliqõ obm itelligit̃.ſz vlteri⁹ de illo obo forat̃ vbuz:h̃ fit. ad h̃:ꝙ illõ min⁹ exp̃ſſe ꝛ õtermi⁹ cognitũ.exp̃ſſe ꝛ õterminate cognoſcat̃:aliogn fruſtra foraret̃ vbũ:ſi forato vbo in nullo plus manifeſtaret̃ obz cognitũ q̃ ꝑus:cũ foratio vbi ordinet̃ ad manifeſtãdũ.ſz ꝓcedere de ꝑfuſa cogne ad exp̃ſſaz determinatã:eſt fieri de min⁹ itelligẽte magis itelligẽs.g̃ ꝛc.mi.ãt ꝓdicte rõnis de ſe patz. ¶ Ad rõnẽ i opp⁹ dõm:ꝙ plus eſt de diſſilitudine iter vbũ dinũ ꝛ nr̃m q̃ de ſilitudine.vñ nõ opz:ꝙ ſi apud nos formãs vbũ ꝓficiat itelligẽdo:ꝙ ita ſit de vbo diuino:ꝙ nõ ordinat̃ ad aliquẽ finẽ ex ſe:ibi.n.ẽ vn⁹ act⁹ in telligẽdi cõpletiſſim⁹ ꝛ pfectiſſim⁹:g̃ ẽab vno in aliũ ꝑ modũ itellẽs:q̃cũq; mõ h̃ itelligat̃. Iſte act⁹ itelligẽdi ẽ eque perfectus in vtroq;:in nobis autem non ſic habz verbum ꝓpter noſtrã imperfectionẽ. Qõ. VIII.

Contra ſupra frequẽter dcm̃ eſt ꝙ de ratiõe verbi eſt ꝙ ſit repreſentatiu̅. ergo verbũ importat reꝛonẽ ad eſſe illud quod repreſentatur in ipſo: ſed cõſtat ꝙ creatura nõ ſoluꝫ ens actu: ſed etiã poſſibilis creatura repñtatur in verbo. ergo verbuꝫ dicit relationẽ ad creaturã etiã poſſibileꝫ. ¶ ꝓ. verbuꝫ includit quicquid eſt de rõne ydee: excepto ꝙ nõ icludit ꝙ ſit principiuꝫ ꝓductiuũ eius ꝙ repñtatur per ipm. Et addit eſſe ꝓductuꝫ: ſed ydea dicit relationẽ ad creaturam ex hoc ꝙ eſt eius exemplar ſiue repreſentatiu̅ in quo cõuenit cuꝫ verbo. ergo verbuꝫ dicit relationem ad creaturam.

Reſpondeo dicẽduꝫ ꝙ iſta queſtio non querit vtruꝫ verbũ ſit relatio ad creaturam: quia nihil eſt in deo ꝙ ſit relatio ad creaturaꝫ: ly in eo ſit aliquid ſuper qõ fundatur relatio ꝼꝫ ratiõeꝫ ad creaturaꝫ: vnde iſta queſtio querit vtrũ verbuꝫ importet relationeꝫ ad creaturaꝫ ſicut fundamentũ proxime relationis: ſicut agens ⁊ ſciẽtia importat relationem ad patiens ⁊ ad ſcibile. Cum tamẽ nec actio nec ſciẽtia ſint relationes. ⁊ ideo dico ꝙ oportet de neceſſitate ponere ꝙ verbuꝫ ex ſua ratione importet relationem quãdaꝫ ꝼm rõnem ad cõmuneꝫ creaturaꝫ qualitercũq; poſſibilẽ. In deo eniꝫ relatio ad creaturã eſſe nõ põt ꝼm reꝛ ſed ꝼm rationẽ: ⁊ hoc manifeſtuꝫ eſt ex premiſſis. vt eniꝫ ſupra frequẽter dictũ eſt de ratione verbi vt verbuꝫ eſt ſunt duo. ſ. ꝙ ſit repſentatiu̅ alicuius rei ſcõꝫ ꝙ ſit ꝓductum ab intelligẽte ⁊ per moduꝫ intellect⁹: ⁊ ideo verbum ex eo ꝙ verbũ eſt importat duplicẽ reꝛonẽ vnaꝫ ad ꝓducentẽ ꝼm quã ꝓductum ad ꝓducentem refertur: aliam ad repreſentata per ipſam ꝼm quam forma aliquid repreſentans ſicut eſt ydea vel exemplar refertur ad ſignificata repreſentata per ipſam. ita ꝙ prima relatio verbi diuini eſt ꝼm rem alia ꝼm rationem. Cum ergo in verbo diuino repreſentãtur non ſolum ea que ſunt in deo realiter: ſed etiaꝫ alia oĩa quecũq; ab ipſo ſunt vel eſſe poſſunt ⁊ ta

lia que

lia que ab ipso sunt vel esse possunt sunt creature actu existētes vel possibiles ⁊ ideo dico q verbū vt vbuz ē importat relōez ad creaturā. Dico autez vt verbū est qz nō soluz illud qđ est verbū importat relationez ad creaturā: q cōstat cum sit creator ⁊ deus: sed etiam ex ratione qua verbuz est hoc importat: vt ostensum est. ¶ Aduertenduz tamē q quādo dicit̄ verbuz importare relationē ad creaturā: q hoc nō est fm q creatura est: qz illud quod refertur ad creaturam vel vt melius dicam ad quod creatura referr̄ fz q creatura nō est creator: sed fm q representabilis est sic est illud ad quod refertur representans fz q representans ⁊c. ¶ Ad primum ergo dicendum: q creatura non refertur ad deum ab eterno relatione realī: nec ex parte rei qz in deo est nulla relatio realis ad creaturaz: nec ex pte creature: qz creatura nō fuit ab eterno in rerū natura: nihil tamen ꝓhibet creaturaz referri ab eterno ad deum relatione rōnis ex vtraq; parte. Constat eniz q ydea cōuenit deo ab eterno: ⁊ ydea importat relatōez ad creaturaz. ¶ Ad scōz dōm: q vnū refertur ad vnū fm eandē rōnem tamē nihil ꝓhibet vnum referri ad plura fm diuersas rōnes. Et sic est hic nā verbū fz q est ꝓductuz importat relationē ad patrem ꝓducentē fm vero q representatuz refertur ad ea que representant que sunt nō solum ea que in deo sunt realiter: sed que a deo sunt sicut creature. ¶ Ad tertiū dōm q· dato q· illud qđ dicit directe relatōez ad creaturā sit cōe toti trinitati: tamē illud cōe potest cōiungi alicui ꝑsone rōne cuius totū cōiunctū stat pro ꝑsonali: sicut sapientia genita sapia gdē cōe est toti trinitati: fz sapiētia genita est ꝑsonalis. Et sic est hic nā representatuz est cōe toti trinitati rōne cuius verbuz importat relationē ad creationē: sed cōiunctuz huic q est ꝓductuz stat ꝑ ꝑsonali: vnde representatuz ꝓductū stat pro ꝑsonali: ꝫ autē est q dicit verbū. ¶ Ad quartū dōm: q· fz solus filius sit verbū: tamē filius nō includit in sua rōne q· sit representatū saltem per moduz verbi: rōne cui⁹ verbum refertur ad creaturaz: ⁊ ideo argumētuz nō sequitur. ¶ Argumēta aūt in opm̄ bñ ꝓbāt. Artī. VI.

Dsertum sic ꝓceditur. Uidetur q· pater non eodem verbo dicat se ⁊ creaturā: quia nō mīn⁹ distat de⁹ a creatura q̄ vna creatura ab alia: sed pluribus creaturis nō respondet vna ydea: fz plures: g̈ multo mīn⁹ deo ⁊ creatur̄ poterit rñdere vnū verbū. ergo aliō est verbū quo dicit̄ deus ⁊ aliud quo dicitur creatura. cū ergo pater sit deus nō eodem verbo dicit se ⁊ creaturā. ¶ Preterea si creature dicerentur verbo diuino: sicut creaturarū sunt plures ydee in deo: ita essent ⁊ plura verba: sed h̄ esse nō potest: qz in deo nō est nisi vnicuz verbū. ergo creature nō dñr verbo diuino: sed pater dicit se verbo diuio. ergo pater nō eodem verbo dicit se ⁊ creaturam. ¶ P. deus pater ⁊ verbū suuz ⁊ creatura videnť se habere vt intellectus noster ⁊ verbū nostrū ⁊ artificiata quoz intellect⁹ noster est cā: sed nō est idem verbū quo dicimus intellectuz nostrū: seu mentē nostrā: ⁊ quo dicimus artificiata. ergo similr etiaz idem verbum quo deus pater dicit se ⁊ creaturam.

Contrarium dicit Augu. ¶ Respōdeo dicenduz: q idem est dicere verbo q manifeste representare aliquid in verbo vel sibi vel alij: representare autem cōuenit ⁊ verbo ⁊ ꝓducenti verbū. verbū quidez formaliter representat: sed ꝓducens verbū effectiue representat inquantuz ꝓducit verbū q· representat formaliter vel quasi effectiue qz in diuinis nō regritur ꝓprie noīuz effectus. sic ergo quādo querit̄ vtrū pater eodez verbo dicat se ⁊ creaturaz idem est ac si quereret̄ vtruz pater representat se ⁊ creaturā vno verbo a se ꝓducto: ita ſ. q· illud verbuz vnum existēs q· ipse ꝓducit tam ipm q̄ creaturā formaliter manifestet siue representet: ⁊ tunc dico q· sic. Et ex hoc patz ex actualitate scientie patris ⁊ ex perfectione verbi sui. Ex actualitate scientie patris sic: qz q̄cunq; sunt simul: vel possunt esse siue diuina siue creata pater simul actu ⁊ vna cognitione cognoscit. non. n. succedit intellectus intellectioni in deo: qz semp oīa actu cognoscit: sed illa que simul actu ⁊ vna cognitiōe cognoscūtur in vno verbo itelliguntur. ergo oīa q̄cunq; sunt vel esse possunt siue diuia siue creata in verbo dci patris simul itelligunť vna cognitione. Cum ergo illa que intelliguntur in aliquo verbo: siue que per ipz manifestanť siue representanť necesse ē dicere q· pater in vnico suo verbo q̄ ꝓducit ⁊ se ⁊ oīa alia: ⁊ per cōsequēs creaturas dicat siue representet q̄si effectiue nō gdem efficiendo vel ꝓducēdo rem representataz sed ꝓducendo verbū formaliter representans. Et hoc patz ex perfectione verbi patris: qz vnaquaq; persona habz tantā perfectionē quantā alia: imo ēt diuina q̄lz persona ita pfecta est sicut oīa. Ex hoc sic arguitur. vbū perfectum est patris: sicut ipse pater ⁊ scientia eius: sed sciētia patris vna existens ad oīa scienda se extēdit. g̈ ⁊ vnicuz verbū diuinū ad oīa representāda tam diuina q̄ creata se extendit: alioquin nō ita esset perfectū: sicut scientia patris. cum ergo illa que pater verbo suo dicit que in verbo representanť vt dictum est: necesse est dicere q· pater vnico verbo suo se ⁊ oēs creaturas qualitercūq; possibiles dicat. ¶ Ad primuz ergo dōz: q· lz deus ⁊ creatura magis abinuicē ꝓpetate nāe differant q̄ due nāe: nō tamē fm rōnem exēplaris ⁊ exēplati: sicut homo lz magis cōueniat cum asino quam cū ymagine sua fm ꝓprietatē nāe: magis tamē conuenit cuz ymagine fm rōnē exēplaris ⁊ exēplati: ⁊ propter hoc vnum verbū potest respōdere deo ⁊ creature ⁊ vnuz representatiuū. ¶ Ad scōm dōm: q· nō est sile de ydea ⁊ de verbo quantū ad vnitatē ⁊ pluralitatez: qz pluralitas vel vnitas ydee dicitur quantū ad rōnez imutabilitatis rei representate per ipsam. Et ideo manente vna re representāte pñt esse plures ydee ꝓp diuersas rōes imutabilitatl ciusdē rei repñtātis a diuersis imutabilib⁹: sed vnitas verbi attendit̄ fm vnitatē rei representātis: ideo existēte vna representatione oz verbuz esse vnum: ⁊ ideo lz diuersis creaturis respondeant diuerse ydee ꝓpter diuersas imutabilitates: tñ nō opz q· eis respondeāt plura verba ꝓpter vnitatem rei representātis. ¶ Ad tertiuz dōm: q· lz quantuz ad aliquid sit simile de patre ⁊ verbo suo ⁊ creatura: ⁊ intellectu nostro ⁊ verbo nostro ⁊ artificialibus: tamen quantū ad hoc est dissimile q· ꝓpter imperfectionem suā verbuz vnum existēs nō pōt representare oīa que in nostra sciētia cōtinētur: sicut verbum patris vnum existēs representat oīa que cōtinētur in scia patris. Et ideo lz vbum nostruz nō possit representare vnum existens intellectū a quo ꝓcedūt ⁊ ipsa artificiata: non tñ sequitur q· n verbuz patris possit representare vnū existens ⁊ patrez a quo ꝓcedit: ⁊ ipsas creaturas.

¶ Explicīunt qōnes de verbo Magistri Deuei ordinis ꝓdicatoꝝ sūme diligētia castigate.

¶ Tractatus Veruei de eternitate mundi.

D sciẽdũ

Utruz mũdus potuerit esse ab eterno vel nõ: querenda sunt hic sex per ordinem. Primo vtz facere z cõseruare sit idez: z silr vtruz fieri z cõseruari: qz idez est de vtrisqz. Scõo vtz ei qõ est ab eterno z necessario repugnet esse ab alio effectiue. Tertio vtruz ei qõ est per se necesse esse z precipue ab eterno repugnet esse ab alio effectiue. Quarto vtruz ei qõ formaliter per se necesse est esse repugnet esse effectiue ab alio. Quinto vtrũ de mente pẽi fuerit qd illa que posuit eterna z necessario esse sint effectiue ab alio. Sexto vtrum creatura potuerit esse ab eterno. Qõ. 1.

D primum

sic ꝓceditur: et arguitur primo qd fieri z cõseruari nõ sint idem: z per cõsequens nec facere z conseruare: qz illa quorũ vnum est in instanti indiuisibili z aliud in cõtinua permanentia quantũ ad illa que mẽsurãtur tempore nõ sunt idez: sed facere z fieri cõsistũt in istanti indiuisibili: cõseruari z cõseruare sunt in cõtiã permanentia ẽt successiua qz̃tuz ad res tẽporales: ergo fieri z conseruari nõ sunt idẽ: nec per cõsequẽs facere z cõseruare. ¶ Preterea. fieri est respectu faciẽdi z nõ facti: sed cõseruari est solũ respectu facti. ergo ꝛc. Maior patet: qz factuz vt videt est terminus ipsius fieri: vnde fieri est ante factũ z respicit faciendũ. Minor sic declarat: qz nihil cõseruatur nisi iaz existẽs. tale autẽ in his que fiunt est ipsuz factũ z nõ faciẽduz: ergo ꝛc. ¶ ꝑ. actiones pertinẽtes ad diuersa agentia sunt diuerse: sz conseruare z facere sunt hꝺ: quoz vnuz pertinet ad agens particulare: z aliud ad agens vle. ergo ꝛc. ¶ ꝑ. quecũ qz sunt vnũ z idez habito vno habetur z reliquũ. Sed ſm Aug. de imortalitate aie creatura in hoc qd facta ẽ nõ accipit nã seipsa esse cõtentã: cum tñ creaturaz esse factã pertineat ad perfectionẽ: sed esse ꝓtẽtaz pertinet ad cõseruationẽ. ergo factio z cõseruatio nõ sunt idez. ¶ ꝑ. In Heñ. dr qd deus die 7°. requieuit ob operãdo siue faciẽdo. nõ autẽ a cõseruãdo. ergo etiã ipsi deo nõ est idem facere z cõseruare. ¶ ꝑ. ꝓmo nunc siue tẽporis siue cui mũdus creabat: sed tunc nõ cõseruabatur igitur nõ est idẽ creare z cõseruare: nec per cõsequens facere z cõseruare. ¶ ꝑ. Creatura semper cõseruatur nõ tñ pot dici qd semper fiat: qz esse rerum permanentium nõ est in fieri. ergo ꝛc.

In contrarium

est qz ille actiones q̃ sunt respectu eiusdem obiecti z ſm idez ipsius obiecti z ab eodẽ agente z ſm idẽ ꝑncipiuz formale agẽdi sunt idẽ realiter: z hec maior ꝑz: qz diuersitas actionũ vel est ex parte obiectoꝝ ſm suã rõnez formalẽ vel penes diuersa ꝑncipia formalia agibus sunt: sed facere z cõseruare sunt ab eodez agente saltẽ ad agens vle qui agit z cõseruat z ab eodez ꝑncipio formali agẽtis: qz per idẽ ꝑncipiuz formale per qõ agens facit per idẽ conseruat z respectu eiusdẽ obiecti qz idẽ est qõ fit z qõ cõseruatur z quãtum ad idem formale in ipso existẽs. g̃ factio z ꝯseruatio idẽ sunt realr.

Respondeo

hic sunt quatuor faciẽda: ꝓmo. nõ distinguẽdũ est de his que fiunt scõo de diuersis modis fiendi: tertio ostẽdenduz est qd ad rõnem ipsius fieri extẽdẽdo nomen ipsius fieri ad creationẽ sufficit habere siue recipere eẽ ab alio diuerso in numero siue hoc sit de nouo siue nõ de nouo. q̃rto quid sit de rõne ipsius conseruari.

Quantum

igitur ad primũ notãdũ est qd corũdez que dicũtur esse ab aliquo effectiue quedã sunt successiua: quoꝝ esse consistit in quadam successione partis post partez: ita qd semper de nouo vna pars succedit alteri vt motus z tẽpus: quedaz vo sunt permanẽtia: quoꝝ esse cõsistit nõ in successiua acceptione partis post partẽ: sed in permanẽtia cẽ habiti quod totum simul accipiunt.

Quantum

ad scõm sciẽdum: qd aliquid duobꝰ modis dr̃ fieri vno modo ꝑ simplicem acceptionẽ ipsius cẽ siue per quãdã simplicẽ emanationez: z sic agẽs correspõdens dr̃ facere per hoc qd absolute cõicat esse siue dat esse alꝙ diuerso in cẽntia z hoc sufficit ad fieri z facere vt infra declarabit̃. alio modo dr̃ aliquid fieri per trãsmutationẽ alicuius subi qd fit de nõ tali tale per talẽ transmutationez: sed hoc nõ pot esse nisi cũ nouitate essendi siue hoc sit ꝑ simplicem transmutationẽ siue per motuz: qz nõ oẽ qd fit in aliquo subiecto fit in eo per transmutationez subiecti: sed solũ illud qõ fit in subiecto: qõ eo ꝓiori tẽpore carebat: vnde si aer ab eterno illuminaret̃ a sole quãtuz ad easdẽ partes fieret quoddã lumen in aere. siue magis ꝓprie fieret lucidus a sole: sed nõ per trãsmutationem acris. ¶ Secũdũ primũ moduz pot aliquid fieri dici duplr. Uno modo pot aliquid dici fieri habere esse ab alio nũc ꝓmo siue de nouo: ita qd fieri addit supra esse siue super habere esse ab alio nouitatẽ essendi z ſm istũ modũ dicimus qd mũdus factus est in ꝓmo nũc tẽporis: vnde z quidã dicũt qd hoc necessario segt̃ siue regritur ad fieri substãtialiter. alio modo pot dici aliquid fieri per hoc qd recipit siue hz esse ab alio absolute siue hoc sit de nouo siue nõ: ita qd nec icludat nec excludat esse de nouo: z ſm istũ modum ſm phm oẽs creature totus. s. mũdus sunt a deo vt infra declarabit̃.

Quantum

ad tertiũ. s. qd ad rõnem ipsius fieri sufficiat habere esse ab alio absolute siue hoc sit cũ nouitate essendi siue nõ: ita qd fieri nihil dicat nisi ipsuz habere esse ab alio diuerso in cẽntia. Sciendũ qd cum cã siue effectiua siue quecũqz alia dicat̃ ad cuius esse segtur aliud facere z fieri cõsistunt circa cõicationez ipsius esse ſm qd cõicatur ab agente ipsi effectui. Cõtingit autẽ ipsum esse ꝛr cõicari. Uno modo qd sit obiectũ siue terminꝰ actionis: ita qd sit ꝓductuz per actionẽ ipsam: ita qd circũscripta actione illa illud esse nõ esset sicut generãs cõicat generato esse essentie: z esse existẽtie ipsius forme. Alio modo cõicatur ipsum esse alicui: ita qd nõ est obiectũ siue terminꝰ actionis: nec fit per istaz actionẽ: sed solum fit hꝺ sicut esse essentiale ipsius mãe cõicatur generatio per generationẽ ipsam: nõ ita qd sit ꝓductuz per actionẽ generantis vt terminꝰ vel obiectuz ipsius generatiõis: sicut est forma vel cõposituz: nã generãs nõ facit esse essentie siue essentiã ipsius mãe q̃ presupponit: sed facit qd sit hꝺ: vnde z ſm acceptionẽ mãe non dr̃ aliquid fieri vel generari: sed ſm acceptionez ipsius forme: qz mã

accipit̃

accipiť absq; hoc q; ꝓducatur: forma vero accipitur per suaz ꝓductionē aliquo modo ⁊ quantū ad suā eēn tiaz dicitur fieri:qz ⁊si nō sit obiectuz ꝓductionis ꝓ/prie:est tñ termin⁹:⁊ aliquo modo quātuz ad essentiaz suā dr̄ fieri vt ꝓductuz perfectioni q; māe nō cōuenit quādo ergo aliquid ꝓduciť ab aliquo in idētitate sub/stātie sine additione accidētis alicuius nō pōt hoc di/ci facere:nec illud fieri nisi quis multū ipꝛopꝛie vtereť eo q; est facere ⁊ eo q; est fieri:sed pōt dici cōicare suuz esse producto:qz est vni⁹ substātie simplicis in fine sim plicitatis:sicut dcus cū in eo nō sit nisi vnicū esse q; est idez producētis ⁊ ꝓducti:tale esse oīno ꝓductum esse nō potest:sed cōicatuz alioquin aliquis ꝓduceret suuz esse quo esset q; est impoſe nō solum in rebus creatis: sed etiaz in diuinis:sed tamē ⁊ si tale esse non ꝓducať tamen per generationē alicui cōicatur vt sit eius: ⁊ sic patz:q; quādo aliquis ꝓducit aliuz in idētitate substā/tie sine additione alicuius accidētis:sicut pater in diui nis ꝓducit filiuz nō potest dici:q; vnus faciat alīū sed ꝓducat:⁊ vlterius patz q; ꝑm modū cōicandi esse nō dicitur aliqd facere nec aliqd fieri:sed solū ꝑm primū cōstat aūt vt prius deductū est:q; ꝑm primum moduz cōicandi esse nō potest esse idē in substātia cōicans:et illud cui cōicatur:qz ostēsum est:q; aliquid suū esse nō ꝓducit:cōicare autez primo modo esse erat ipsuz ꝓdu cere in quo cōsistit ꝓꝛie facere ⁊ fieri:oportz igitur vt manifeste patz ex predictis:q; facere est cōicare eē al/teri diuerso in substātia. Ita q; requiratur diuersitas ī substātia inter cōicās esse ⁊ illud cui cōicatur:ita q; se/quitur hoc facit hoc.ergo cōicat sibi esse:⁊ cum sit di/uersus ab eo in substātia. Sequitur etiā ecōuerso q; si aliquid cōicat esse alicui diuerso q; facit illud siue ꝑm qd quantū ad fieri accidentū siue simpliciter quantū ad fieri substātia ꝛ. ¶ Et hoc ostēdo sic.omne q; ꝓdu cit aliud in esse ab oluto:qz de tali eē loquimur modo aut ꝓducit illud nullo pꝛesuppoſito:aut aliquo pꝛesup posito si nullo pꝛesuppoſito.ergo tota essentia talis est ꝓducta:⁊ per ꝺns esse:sed vt ꝓmisſuz est. quādo ipsuz esse absolutū per actionē nō soluz cōicatur:sed etiā ꝓ/ducitur:ita q; sit termin⁹ actionis ⁊ nō subiectū sic est facere ⁊ fieri:igitur in tali ꝓductione est facere ⁊ fieri: Si vero ꝓducatur aliquid in substātia diuersum in eē absoluto aliquo pꝛesuppoſito hoc nō est nisi trāsmutā do illud pꝛesuppositū ad aliaz formā que sit terminus actionis ⁊ per actionez ꝓducta:⁊ sic etiaz est ibi facere ⁊ fieri:⁊ sic habemus ex dictis q; facere ꝓꝛie est cōica re esse diuersa in substātia:⁊ fieri est recipere tale esse. ¶ Qz aūt ad rationē ipsius facere ⁊ fieri nō requirať nouitas essendi sic patz:qz nouitas nō addit super rece ptionē ipsi⁹ esse vbi solā negationē siue carentiā ipsius esse in tpe ⁊ duratiōe pcedēti existēte vel possibili: sed nihil negatiuū vel priuatiuuz pōt esse de rōne positiui quale est facere ⁊ fieri.ergo nouitas essendi non est de rōne ipsi⁹ fieri ⁊ facere:hoc eť patz per Aug.q; dicit q; si pes eēt in puluere ab eterno vestigiū eēt in puluere ab eterno:q; tñ ꝑz eū nullus dubitaret a calcāte esse fcm. Nec valet hoc q; dñt qdā:q; hoc vez est quātū ad fa/ctū esse nō quātū ad fieri:qz insania est aliqd dr̄e fcm esse absq; aliquo fieri:cū factū eē nihil aliud sit q̄ br̄e esse acqsitū per factionē. ¶ Qz aūt ad rōnem factiōis ꝓꝛie dicte requiriť q; faciēs ⁊ factuz sint diuersa nō quocū q; modo:sed subiecto:ita q; vnū sit extra aliud subiecto: vult expꝛesse pḣus qui dicit sunt factiones que sunt transeūtes in exteriorē māz:sed actiones sunt que manēt in agente:ex qbus oībus manifeste pōt haberi q; facere est cōicare absolutum inesse.

Quantum ad quartū.ſ.quid sit cōseruare scien dū q; cōseruare est cōicare esse cuz quadaz permanētia ⁊ cōseruari est habere ab alio cuz quadā permanētia sine iterruptiōe:qz ex hoc pz:q; cō/seruari est vel eē pmanēs vel pmanētia essendi vl ha/bere eē ab alio in eēntia diuerso cū pmanētia. Primū ⁊ scōz nō posset dici:qz cū in deo sit maxime ens ⁊ per manētia: esse diuinuz posset dici conseruari qō est absur dū:qz nihil cōseruať nisi q; depēdet ab alio in suo eē: ⁊ ideo relinquiť .ſ.q; cōseruari sit habere eē ab alio cū quadā permanētia. ¶ Dis visis ad qōnez quādo q̄riť vtrū idē sit fieri ⁊ cōseruari dōm quantū ad successiua ꝓmo q; fieri acceptū pro eo q; est hr̄e esse vel recipere esse ab alio absolute nulla determinatiōe addita.dico q; sunt re idē sola rōne dr̄ia ⁊ nō solū in successiuis: ſz etiā in permanētib⁹:ita q; vnū qōq; cui cōuenit vnum ⁊ reliquū ſz nō ecōuerso:qz cuicūq; cōpetit habere eē ab alio cū quadaz permanētia ipsi⁹ esse habiti cōuenit esse ab alio:nō tamē cuicūq; cōuenit esse ab alio cēue/nit esse ab alio cū quadā permanentia habiti esse sicut qñ esse hr̄ de nouo in aliquo primo instāti in illo instā ti ſz eē habeať ab alio:nō tū in illo istanti pōt dici hr̄e permanētiā ab alio:cū fieri sit habere esse ab alio siue de nouo illud habeať siue nō:ita q; ipsi fieri nō intelli gitur ipsuz esse prehabitū:imo vt termin⁹ eius:ſz sit sil' duratione:in qbusdā vero cōseruatio vere respicit ipz esse quasi prehabitū ⁊ presupponit fieri ꝑz q; ab eo dif fert ratiōe:qz cōseruatio nihil aliud est q̄: fieri siue in/fluxus cōtinuatus siue nō iterruptus. Ideo dico q; cū habere esse ab alio q; est ipsuz fieri iēt si sit de nouo nō sit aliud q̄ esse ab alio habere q; nō interrūpitur q; p/tinet ad conseruationē:licz quodlibz eoꝝ implicet q̄s/dam cōditiones ratiōe quaruz nō opz: q; cui cōuenit vnuz cōueniat reliquū:ideo cōseruari ⁊ fieri re sūt idē in successiuis:⁊ ēt in permanētibus quantū ad illa agē/tia a quibus res nō solū dependet in fieri:sed etiā in esse siue hoc sit cū transmutatione simplici.vt in illumina tione aeris que est sine successione motus: siue sine oī transmutatione:vt in creatione ꝓꝛie dicta. ¶ Si ve ro accipitur fieri pro nō habere esse ab alio absolute:si ue hoc fit de nouo siue nō:sed pro habere esse de nouo determinate adhuc est distinguendum quia aut accipitur fieri pro habere esse de nouo quantum ad totum successiuuz:puta totum motuz:aut totum tempus: ita q; totuz sit de nouo sic ab alio inchoando in aliquo in/stanti:q; ante illud nihil illius erat:aut accipitur ꝓ ha/bere esse de nouo quantum ad nouitatem partium: q; est continue de nouo partem parti succedere:si primo modo sic fieri ⁊ conseruari nō est idem in successiuis. quia saltem ordine nature conseruari presupponit eē habitum rei conseruate:quia etiam presupponit ipsuz fieri:sicut etiam continuatus influxus presupponit in/fluxuz:sed nihil successiuum q; sit ipsum vel pars eius fit in suo idiuisibili primo vel vltimo vel in suo termi nari. ¶ Si secundo modo sic fieri ⁊ conseruari in suc cessiuis est necessario idem:quia conseruatio successi/ui:puta motus vel tempus est conseruare ipsuz in suo esse continue:sed hoc non est nisi acquirendo de nouo partem post partem:ideo conseruatio motus ⁊ cuiusli bet alterius successiui est continue cum noua abiectio ne partis post partem:imo est ipsa continua abiectio noua ꝑm q; cōmuniter solet dici:q; esse successiuorum consistit in quodam fieri. ¶ Si vero loquamur quan tum ad permanētia:dico quantuz ad ea in quibus nō

sunt idem fieri ⁊ factus esse nec simul duratione: sicut sunt ea que fiunt per motus: puta fieri sursum non est idem re nec simul tempore cuꝫ facto esse sursum. In talibus nō sunt idez fieri ⁊ conseruari: ⁊ hoc potest ostendi dupliciter in terminis presumptis ponēdo rationez scilꝫ esse sursum ⁊ fieri sursum: ꝙ est idē ꝙ moueri sursum: qz nihil cōseruatur: nec quādo iaꝫ est: sed in pmanentibus acquisitis per motuꝫ ꝙ fit nō est: sicut quando aliquid fit sursum nō est sursum: imo est posterius fieri suo tpe: qz fieri sursum est moueri sursum. Sed in pmanētibus que fiunt per motū qō fit dum fit non cōseruatur nec per consequēs sunt idem fieri ⁊ cōseruari. ¶ Si vero loquamur de illis in quib⁹ sunt simul fieri ⁊ factuꝫ esse: aut agens est tale ꝙ ab eo dependet quantuꝫ ad esse ⁊ fieri: aut in fieri tantū: si in fieri tātū sicut homo dependet ab homine ⁊ martellus a fabro: sic adhuc dico ꝙ fieri a tali agente nō est idem ꝙ rem factaꝫ cōseruari: quia res nō conseruatur nisi cōseruāte aliquid ad esse rei operante: nō eniꝫ cōseruat quod nihil facit ad esse rei que dicitur cōseruari: sed agente particulari nihil operāte ad esse rei facte adhuc res facta conseruatur in esse: ergo particularis agēs nō est cōseruatio. Si vero loquamur de agente a quo res nō soluꝫ dependet in fieri: sed in esse: adhuc distīguo: quia aut hoc factuꝫ fit per transmutationez ab illo: quia de nō tali actu fit actu tale: sicut sol facit de nō illuminato aere: aerez illuminatū: aut facit sine transmutatiōe: quantuꝫ ad primū nō est adhuc dicenduꝫ: ꝙ totaliter fit idem fieri ⁊ conseruari: qz sic fieri est tali forma nō ante habīta nunc primo subiectū informari. conseruari vero nō dicit nunc primo subiectuꝫ forma informari: vel formaꝫ nunc primo habere: sed formaꝫ habere ab alio cuꝫ quadā permanētia sine iterruptione: vnde vnuꝫ implicat aliquid ꝙ nō implicat aliud: ⁊ econuerso: nam fieri dicit nouitatē essendi siue nunc primo eē ꝙ nō dicit conseruari: ⁊ ecōuerso: cōseruari dicit habere permanētiaꝫ ab alio in esse habito: ita ꝙ presuppōit esse habituꝫ ꝙ nō facit fieri: tamē quantū ad illud: ꝙ est ibi positiuū ⁊ materiale idem est fieri ⁊ conseruari nunc eniꝫ habere esse ab alio ꝙ in primo instāti est cū nouitate ⁊ primitate ꝙ pertinet ad fieri est illud idem habere esse ab alio ꝙ deinceps habetur cum quadam permanētia. ¶ Si vero loquamur de agente qd agit sine transmutatione: ꝫ ⁊ dupliꝫ: aut qz ab eterno causat formā in subiecto qō presupponit: ⁊ per cōsequēs nō per transmutationē. qz transmutatio requirit semper aliquid qō prius forma carebat: ⁊ fm nouam eius acceptionē se habet aliter nūc ⁊ prius: ⁊ in tali fieri talis forme: si tamē forma dicatur fieri ⁊ nō magis compositus: nō est transmutatio: propter hoc ꝙ forma ab eterno causatur i subiecto: sicut si sol ab eterno illuminaret aerem: sic idem esset fieri ⁊ esse ab alio diuerso in substātia: sicut idez est illuminari ꝙ aerez lumē habere a sole: ita ꝙ fieri talis nihil includeret repugnans ad conseruari: ratione cuius nō posset dici de eo vt vere diceretur ꝙ fieri in talibus realiter est conseruari: tamē aliquo modo differt ratione: qz cōseruari de sua ratione presupponit esse habituꝫ: ⁊ hoc est quasi materiale in sua ratione: sed permanētia ipsius esse habiti est formale in sua ratione: sed fieri habet pro formali siue rationis esse ab alio: ita ꝙ sic nihil pexistit sibi: ita nec preintelligatur: siue ꝫ sit de nouo siue ab eterno: vnde fieri absolute idem est ꝙ habere esse ab aliquo modo iam exposito. Aliter cōtingit agens agere sine trāsmutatione: quādo scilꝫ totam rem producit: ⁊ quantum ad materiā ⁊ formā si sit compositus ex vtraq; quia trāsmutatio esse nō pōt: nisi quādo aliqō subiectuꝫ presupponitur actioni: qō per actionē ad formam q̄ prius carebat transmutatur ⁊ respectu talis actionis vel agentis cōuenit aliquid dici dupliciter fieri: vno modo vt dicatur aliquid fieri absolute sine aliqua determinatione recipere esse: siue habere esse ab alio differente i substātia. alio modo dicitur fieri de nouo: siue nūc primo habere esse ab alio: ⁊ fieri isto secundo modo non est totaliter idem ꝙ cōseruari: sicut dicebatur de eo ꝙ fit per simpliceꝫ transmutationē sine successione motus: qz nunc primo siue de nouo recipere eē ab alio nō est ꝓprie ⁊ formaliter conseruari: sed ipsum esse receptuꝫ habere ab alio cum quadā permanētia sine interruptione: vnde vnum implicat aliquid ꝙ repugnat alteri: tamē fm rez quantū ad illud qō est in vtroq; positiuuꝫ illud recipere ꝙ nūc primo est: siue de nouo recipere est idem realiter habere esse qō deinceps permanet sine interruptione. ¶ Secunduꝫ vero primū modum accipiēdo fieri pro recipere totuꝫ suū esse ab alio nō implicando nūc primo esse vel nouitatem essendi: sic dico ꝙ vnū ⁊ idez sunt re fieri ⁊ ꝫseruari: ita ꝙ vnū vere potest dici de alio: qz omne recipere vl̄ habere eē ab alio cuꝫ permanētia est recipere vel habere esse ab alio: licꝫ nō ecōuerso: qz in plus est habere esse ab alio q̄ habere esse cuꝫ permanētia: tamē aliquo modo adhuc ratione differūt: quia illud quod est formale in ratione vnius est mālē in ratione alterius. nam aliquid dicitur esse vel fieri: ex hoc ipso ꝙ est ab alio quocūq; modo: sed cōseruari dicitur ab eo non solum ꝙ est ab alio: sed etiaꝫ ex hoc ꝙ est ab alio cū permanētia esse habīti sine interruptione. ¶ Ad primuꝫ ergo dicēduꝫ ꝙ de ratione ipsius fieri nō est ꝙ sit in aliquo nūc primo indiuisibili: ⁊ nō cum quadaꝫ permanētia nisi accipiendo fieri pro nūc primo: siue de nouo esse: ⁊ tunc verus est: vt ex dictis ꝑz: ꝙ nō est oīno idem cuꝫ conseruari ratione eius ꝙ implicat. s. nunc primo siue de nouo esse. ¶ Ad scōm dicēduꝫ: ꝙ in illis in quibus acquiritur esse per motū fieri nō est respectu facti: sz respectu fiendi: qz ꝙ fit dū fit nō est factuꝫ: qz posterius tempore est factū esse q̄ fieri: sed in illis in quibus est fieri ꝙ simplicē transmutationez nō opꝫ ꝙ fieri sit respectu nō facti: sed fiendi: quasi posteri⁹ sit factuꝫ q̄ fiat: imo simul fit ⁊ factuꝫ est: vnde duꝫ fit factum est: ⁊ multo magis in eis in ꝙbus fieri nihil aliud est q̄ esse ab alio fm quez modus potest dici: ꝙ iaꝫ factū est fieri. In talibus enim nō est aliquid fieri de nouo ꝙ prius nō erat sed fieri est illud ꝙ a se esse non hꝫ habere esse ab alio: ⁊ in talibus ma. est falsa. s. ꝙ fieri nō est respectu facti: sed respectu fiendi in posteruꝫ: ⁊ ideo ꝓcessus vltra nō valꝫ: ⁊ quādo dicit ad cōfirmationē minoris: factum esse est termin⁹ fieri: dicendū ꝙ nō opꝫ semper: sed alii quādo est obiectuꝫ: ita ꝙ nō termin⁹: soluꝫ enim fieri successiuoꝫ requirit terminū de necessitate. ¶ Ad 3m dicendū: ꝙ argm supponit falsum. supponit eniꝫ ꝙ particulare agens agat siue faciat: ita ꝙ agens vniuersale nō faciat: sed solū factū cōseruat: hoc autez est falsum nā agens vle nō soluꝫ cōseruat: sed etiā facit effectum plus q̄ agens particulare: ⁊ factio sua est realiter idez ꝙ cōseruatio: licꝫ aliquādo propter aliquod ꝙ vnum implicat: ⁊ nō aliud nō sit oīno idem: per eandē actionem eniꝫ agens vniuersale facit ⁊ conseruat: actio vero agētis particularis qō agit: vt instrumentuꝫ vniuersalis agentis non est conseruatio rei facte nec idem re cum ea. ¶ Ad quartuꝫ dicendū: ꝙ quecūq; sint idem re: ita

De hac mā vide. s. fieri et ꝫseruari sint idez ⁊ vide ꝓpulchre Scotū in quolibeto. q. 12.

re:ita tamē q̄ in nullo differāt:habito vno habetur reliquus:verū est:ꝛ quando additur ꝑm Aug^m. creatura per hoc est q̄ creatura qđ pertinet ad fieri non accipit q̄ seipsa possit esse contēta q̄ pertinet ad cōseruari dicendus q̄ Aug. nō dicit q̄ non est cōtenta vel assecuta perfectionē suaz per actionē per quā est facta. Sed dicit q̄ nō accepit in sua factiōe:q̄ ex seipsa sit sicut nec aliquis effectus a causa sua accipit q̄ ex seipo sit: vnde nihil facit ad ꝓpositus. ¶ Ad quintū dicēdus:q̄ dē dicitur requieuisse die. 7^o a faciendo accipiēdo facere ꝓ cōficare de nouo esse:nō autem accipitur quieuisse accipiēdo facere ꝓ cōficare siue dare eē absolute:semper enim dat ꝛ cōficat:quia tale facere est idem re cum conseruare vt visum est. ¶ Ad sextum dicendus quādo dicitur q̄ in ꝓmo instanti mundus ꝑficebat:sed nō conseruabatur verus est:nō ratione eius q̄ est esse ab alio q̄ nō repugnat ipsi conseruari: vnde ibi accipitur fieri nō solus ꝓ esse ab alio q̄ sufficit ad fieri vt ostēsus est:sed ꝓ esse nūc ꝓmo:siue de nouo ab alio: rōne cuius differt a conseruari. ¶ Ad septimus dicendū q̄ mūdus nō semp fit:verū est accipiēdo fieri ꝑ nunc ꝓmio vel de nouo esse:nō tamē verus est accipiendo fieri ꝓ esse ab alio absolute:ꝟz enim tale fieri mūdus fit semper:nec tale fieri cōtinnū repugnat permanentibus:qz nō dicit aliquod habere de nouo aliud:sed dicit absolute habere esse ab alio:nullam nouitatē includendo. ¶ Argumentus in contrarium bene probat q̄ agens nō per successionē motus a quo res dependet in esse ꝛ fieri per eandez actionem re facit rem ꝛ factam conseruat.

Questio. II.

Secundus sic ꝓceditur. Et arguit̄ q̄ ei qđ est necessarius esse ab eterno ex hoc ipso repugnat esse ab alio effectiue: qz q̄cquid fit ab alio est possibile obiectū sed necessarium excedit omne possibile quod ergo necessario ē ꝛ ab eterno: nō potest esse ab alio effectiue. ¶ Preterea ꝑm ꝓ̄m q̄ fit dum fit nō est:sed quod est effectiue ab alio vel fit semper vel aliquādo:igitur vel est semper non ens vel aliqñ:sed qđ est necessarium esse ab eterno nunq̄ est nō ens:ergo cī necessario ab eterno repugnat eē ab alio ¶ Preterea q̄ est effectiue ab aliquo alio nō influente quantus est de se nō esset:qđ autē est tale possibile est de se nō esse:sed possibile de se nō esse nō pōt habere necesse esse perpetuo ab alio:vt ꝓ̄s vult ꝓmo de celo.ergo ei q̄ necessario est ab eterno repugnat eē ab alio effectiue. ¶ Preterea sic se hz possibile subiectiue ad formaz:ita possibile obiectiue ad actuz existē di:ſz nihil dicitur possibile subiectiue nisi q̄ potest eē aliquādo sine forma:respectu cuius dr̄ possibile subiectiue:qz nihil est in potētia ad actum quez iam habet ꝑm q̄ ipsum habet simpliciter:ergo nihil est possibile obiectiue:nisi qz potest esse sine actu essendi:sed ei q̄ ē necessario ab eterno repugnat aliquādo nō esse vl̄ posse nō esse actu.ergo ei q̄ est necessario ab eterno repugnat esse posse obiectiue:ꝛ per cōns effectiue ab alio.

Sed contra ponatur q̄ sol sit ab eterno siue per posse vt infra ꝓbabitur siue ꝑ impossē:vt quidā dicunt:hoc posito aliquas stellas illuminasse ab eterno nō est cōtingēter:sed necessario ita q̄ ista illuminatio stellaruz fuisset necessario ab eterno:ꝛ tamē fuisz facta a sole.ergo necessario enti vnde tale nō repugnat esse factuz ab alio. ¶ Preterea vt iā ostensum est in precedēti questione:fieri nō importat nisi ab alio hr̄e esse: sed nēcio ab eterno non repugnat esse ab alio diuerso in substātia.ergo ꝛc. ꝓbatio ma.ſ. q̄ ei qđ est necessario ab eterno non repugnat esse ab alio:qz nō repugnat ei:qz ab eterno:sicut nec cause: qz multi effectus sunt:qbus nō repugnat simul esse cū cā nec qz necessariuz:qz multa sunt ab alio de necessitate.ergo esse ab alio nō repugnat alicui:ex hoc q̄ est eē eternuz:nec ex hoc q̄ est necessariuz.ergo enti necessario ab eterno nō repugnat eē ab alio diuerso in substātia.ergo nec esse factū:maxime cū esse ab alio nō ꝛcludat nouitatem essendi.

Respondeo dicēdū:q̄ in ista qōne supponit q̄ deus agere ex necessitate nature in ꝓductione creature sit posse:ꝛ per cōsequens creaturaz esse ꝓductā necessario ab eterno:q̄ supponit est tāq̄ falsum ꝛ impossē:sed hoc supposito querit questio vtrū supposito per impossē q̄ creatura esset necessario ab eterno sibi repugnat esse factā ex hoc q̄ est necessario ab eterno. ¶ Et dicūt quidā q̄ in accidētibus ista duo nō repugnāt:q̄ aliquid sit necessario ab eterno:et q̄ sit ab alio effectiue:qz accidētia nō habēt eē in permanētia ex se ꝛ in se:sed ei q̄ nec habz permanētiā in se nec ex se:sicut nō repugnat esse per aliud: ita et non repugnat necessario esse per aliud:substātia aūt habet suū esse in se:ꝛ ideo vt dñt suū esse nō dependet ab alio: ꝓpter quod si substātia haberet necesse esse ꝛ cuz hoc haberet ab alio esse effectiue:ꝑm eos ꝛplicaretur cōtradictio.ſ.q̄ esset per se necesse esse: ꝛ quod nō esset per se necesse esse:sed per aliud a quo.ſ.esset effectiue: sed qz hoc pertinet ad sequētē questionē an sit.ſ.repugnās ei q̄ est necesse esse per se:esse ab alio effectiue:ō vsq̄ tunc differatur dū modo habeamus quātuz pertinet ad ꝓpositus.ſ.q̄ nulli repugnat factuz esse necessario ex hoc q̄ est necessario ab eterno:ꝟ enim habemus ex dictis eoz̄. Qz sic ꝓz:illud qđ nō repugnat oi tali nō repugnat tali vnde tale:sicut q̄ nō repugnat oi albo nō repugnat albo:vñ albū est:puta cē grāmaticū nō repugnat omni albo:qz homini albo nō repugnat: ſz cuidā repugnet.ſ.lapidi albo nō vnde albus:sed vnde lapis: sed ꝑm istos quoddā necessarium ab eterno non repugnat posse esse ab alio effectiue:puta accidens:ꝛ per cōsequēs esse effectiue ab alio nō repugnat omni necessario ab eterno.ergo necessario ab eterno ex ꝟ q̄ necessarium ab eterno non repugnat esse effectiue ab alio.

¶ Ad maiorez aūt declarationem huius questionis: cum necessariū sit illud qđ impossē est aliter se habere q̄ autē est ab alio effectiue est posse saltem obiectiue: ꝓpter quod videt̄ alicui q̄ sibi repugnaret:ō declarādus est aliquid de natura necessarij ꝛ possis. ¶ Est aūt sciendus q̄ preter possibile qđ dicitur ꝑm potētiaz actiuam inuenitur triplex posse:licz ꝑm mēbruz nō multum expresse inueniatur a ꝓ̄s. Uno enim modo dicitur aliquid posse ꝑm potētiā passiuaz:sicut mā respectu formē substātialis est possis:ꝛ subiectū respectu accidētis:ꝛ hoc solz dici posse subiectiue. Alio modo dicit̄ ſaliquid posse ex eo q̄ est obiectū alicuī^s actionis transcuntis in aliud:puta quodcūq̄ per aliquā actionē ꝓductū q̄ solet dici posse obiectiue:sicut si diceretur creaturaz possibilē fieri:qz potest esse obm actionis diuine. Tertio modo dicitur posse in ꝓpōnibus ꝓpter nō repugnātiā termiorz:qz.ſ.termini nō repugnāt vt si diceret̄ q̄ albū esse grāmaticū sibi iuicē nō repugnāt:differt aūt iste tertius modus a ſcōo:qz nihil est posse ſcōo modo q̄ nō est posse fieri siue factibile:ſz 3^o mō est aliqd posse q̄ nō est factibile:cōstat enim q̄ ꝑm tertiū modū verū est

dicere:q deū esse trinū est pole:qz trinum sibi nō repugnat:aliogn nisi huic dicto:deū esse trinū cōueniret eē pole:necessario eius cōtradictoziū cōueniret.s. impossibile:q nephas est dicere.s.deū esse trinuz est impole ⁊ tamē cōstat q ℔ nullo modo est factibile.hec igitur dicta sint quantū ad pole.¶ Quantuz aūt ad necessariū vt dictū est supra:dico q necessariū est q impole est aliter se habere:vnde q necessario est ab eterno;impossibile est nō esse ab eterno:si igit factū ex hoc q factuz est q repugnat ei q necessario est ab eterno:℔ nō est nisi qz factuz q includit pole obiectiue sit possibile nō esse:ita q hoc includat:loquimur autez hic de fieri qut se extēdit ad oē habere esse ab alio siue per creationem siue aliter.¶ Ostenso igit q factuz in eo q fcm nō includat possibile nō esse:nec etiā sibi ꝺueniat:vñ factuz:sequitur q factū esse nō repugnat ei qđ est necessario ab eterno.¶ Hoc aūt ostendo dupl'r ꝓmo ex nā possibilis obiectiue q est de rone facti ſm q factū secundo ex cōparatione fieri ad efficiens.¶ Primuz patz sic.de ratione facti:vnde factū est:vt dictū est: est esse possibile obiectiue:sed ex hoc q aliquid est possibile obiectiue:nō opz q sit possibile nō esse:ergo ad fcm vnde factuz nō sequitur possibile nō esse:nec per cōsequens repugnat necessario esse ab eterno.ma.pz ex dictis.mīoz declaratur.⁊ primo sic.nam ſm pm scō periber.nō omnis potētia:nec ēt esse pole est cōtradictionis siue ad oppositā:⁊ hoc idē dicit.9° metaph̄. vbi dicit:q nō est timēduz q celum quiescat:quia ei⁹ motus nō fundatur super potētiaz que se habeat ad oppositā.igitur factuz per hoc q est possibile obiectiue nō opz q sit possibile nō esse.¶ Secūdo hoc idez ostēditur rone sic:sicut se habet possibile subiectiue ad actuz eius cuius est subiectū:ita possibile obiectiue ad eē actu per actionez agentis:sed nō oē possibile obiectiue ē possibile subiectiue rone oppositoꝝ actuū.ergo nec oē obiectiue possibile est pole respectu actuū oppositoruz ita q illud qđ est pole obiectiue esse de necessitate sit pole nō esse.ma.sic patet:qz sicut aliqđ subiectū est: q habz necessariaz habitudinē ad suum actuz sicut mā celi ad formā tiaz:⁊ homo ad risibilitatē:ita etiam aliquod genus esse qđ hz necessariā habitudinem ad suū effectuz:vt sol ad illuminādum aerē:⁊ virgultū ad candanduz in aqua ymaginē ⁊ ad habitudinez cōcomitantem vt hominē ad faciendū scamnū:per qđ pz ma.q sicut se habz possibile subiectiue ad suū actuz:ita pole obiectiue ad esse actu per actionē agentis.mi. etiaz pz per exēpluz sensibile:naz mā celi est potis subiectiue respectu forme celi:q nullo modo posset eē pole subiectiue respectu oppositi actus:⁊ silr homo respectu risibilis:per qđ patz mi.s.q nō omne possibile subiectiue ē ad oppositos act⁹.ergo nec oē obiectiue pole ē respectu oppositoꝝ:per qđ habetur p̄ncipale intētuz.s.q nō omne pole obiectiue sit pole nō esse vnde tale.¶ Secundo p̄ncipaliter hoc ostēdo cōparando effectum ad efficiens:quādo aliquid est effectiue de necessitate ab alio posita causa de necessitate ponitur effectus:qz habent habitudinē necessariā:⁊ posito vno taliū de necessitate ponitur reliquuz:vt pz in exēplis predictis.ergo in talib⁹ sunt simul de necessitate causa effectiua ⁊ effectus.¶ Ex hoc sic declarato vlteri⁹ arguo.quecūq sunt simul de necessitate coexistētia sub aliqua determinata habitudine:sicut non repugnat eis esse siue coexistere sub illa determiata habitudine aliquo tēpore ita si essent ab eterno nō repugnaret eis de necessitate coexistere sub illa habitudine:cui⁹ ratio est:qz necessitas fundata super habitudines reruz:super quas fundantur scientie se extendunt ad semper ⁊ ab omni differētia tēporis abstrahunt:sed vt pz ex rone imediate posita aliqua sunt de necessitate simul:quoꝝ vnū est cā ⁊ aliud effectus.Si igitur ambo essent ab eterno de necessitate coexisterēt:⁊ tñ vnuz esset causa ⁊ aliud effectus:⁊ sic māz eē q ei q est necessario ab eterno:vñ tale nō repugnat habere cām effectuaz.¶ Sed forte aliquis posset dicere:q illud argumētū supponit q sit aliquod agēs qđ agat ab eterno de necessitate:q vī eē principiū petere.cōstat enim q si est aliquid qđ de necessitate faciat ab eterno:sequitur q sit aligd de necessitate ab eterno:q sit factuz.¶ Sed dicēduz q argumentuz nō petit principiū:qz in ꝓposito nō q̄ritur an sit aliquod agēs ex necessitate nāe ab eterno:cōstat.n. q nō:qz solus deus est ab eterno:sed questio q̄rit:an si talis res esset ab eterno:repugnaret sibi ab eterno agere:ita.s.q agenti vnde agens ⁊ de necessitate nāe repugnet esse ab eterno:⁊ arg^m ostēdit q alicui nō repugnat ex hoc q est agēs de necessitate nāe esse ab eterno. vñ arg^m nō ꝓbat q aligd tale nō sit ab eterno:sz q sit nō repugnaret eē nec repugnet:nec aliud querebat q̄stio ostēdit enim argumētuz q cāe nō repugnat coexistētia necessaria effectus etiā ab eterno si esset.¶ Ad idē vlterius sic arguit ex cōparatione effectus ad efficiēs sic qz q effectus ab eterno nō de necessitate coexistat cū sua cā de nēcitate ab eterno existēti:aut est:qz de rone effect⁹ cāe efficiētis:vnde talis est q eius effectus possit nō esse ipsa causa existēte:aut qz de rone sua est esse posterius sua cā:sed neutrū est verum:qz aliquod efficiens de necessitate cū est ꝓducit effectuz suum:vnde si aliquod est de necessitate ab eterno:cui agere de necessitate repugnet:hoc nō est:qz eternuz:ita q eterno vñ eternuz de necessitate repugnet agere:sz quia est agēs per libertatē arbitrij:cui repugnat necessitas absoluta sz nō repugnet cōditionata.⁊ sic pz q ei qđ est de necessitate ab eterno vnde tali nō repugnat eē factum nec ecōuerso.¶ Si igit̄ querat que est causa quare repugnat alicui effectui eē de necessitate ab eterno:dico q causa hui⁹ est vel qz iste effectus fit per motuz:cui nō solum repugnet eē de necessitate ab eterno:sz etiā absolute esse ab eterno:qz tale nō est nisi in termino motus:vel qz eius causa nō est eterna:ideo nec eius effectus:⁊ maxime in causis efficiētibus:vel quia nō agit de necessitate qđ contingit tripliciter:vel qđ agit ex libertate arbitrij:sicut deus:vel quia potest impediri in se vel per amissionez virtutis siue per debilitatez sicut agentia corporalia:vel quia potest impediri ex parte recipiētis suam actionē ꝓpter contrariaz dispositionē vt pz in effectu corporuz supercelestiuz quē habent in istis inferioribus.Sic ex predictis pz:q facto vnde factum est nō repugnat essendi ab eterno necessitas:sed solum repugnat sibi q sit tali modo vel quia a tali causa:⁊ nō qz fit absolute.¶ Ad primuz igit in oppositum dicēdum:quādo dicit illud qđ est factuz est pole obiectiue. ꝺcedatur ⁊ quādo dicit in mi.necessariuz excludit oē possibile:dicēdum q falsuz est de possibili obiectiue ⁊ de possibili subiectiue.ostēsum est enim supra q nō omne possibile siue obiectiue: siue subiectiue se habz ad oppositā.illud autez possibile q non habz se ad oppositā non repugnat necessario: qz tale possibile nō est ad aliter se habere:q nō potest aliter se habere sed ad eodem modo se habēduz q nō repugnat necessario:imo sequitur ad ipsum.¶ Ad secunduz dicēdū: quādo dicitur q fit nō est:verum est de his que fiunt ꝑ

motum

Moren⁹ thomiste hoc q vz ñ oē pole subiue est respectu oppositi vz. nā scotiste maxie tū dant se super hac ꝓpositōe ad ꝓbanduz passiones nō realr distingula suo sbō hīt.n tpl hāc ꝓpōē tanq̄ famosaz q vz oīs po⁹ passiua est pō contradictionis cuz tñ istdua sz phōs ē de motu respectu celi.⁊ de ḡit tale determinata respectu materie pz auerroys.qre tc.

motum:lz enim talia nō possunt dici oīno nō esse non solū ꝓpter mā̄z:sed ꝓpter aliquid de forma vel de ꝯtinentibus ad formā̄ acquisitā:vnde ſm ph̄m. 6. phy. ꝙ mouet̄ iaz motuz est ⁊ ꝙ fit etiā per motū iaz quantuz ad aliquid factū est:vnde in actionib⁹ que nō sunt motus falsum est:ꝙ id qō fit nō est. ¶ Ad tertiū dōz: ꝙ aliquid sit pole nō esse pōt intelligi dupliciter vl̄ absolute:ita ꝙ absolute possit nō esse vel ex hypotesi: ita scilz ꝙ facta aliqua hypotesi sequitur ipsum posse nō esse:vel etiā tollit̄ non esse. Et si ex hypotesi adhuc dupliciter:qz vel ex hypotesi possibili vel ex ipossibili hypotesi. modo dico ꝙ illud qō vel absolute vel ex hypotesi possibili est pole nō esse non hz ꝙ sit necessario ab eterno ab alio ⁊ ſm ph̄m nullo modo pōt perpetuari: nec a parte ante nec a parte post:ꝙ tñ est falsum ꝟ fidem:saltez a parte post:sed illud quod ex hypotesi impossibili sequit̄ posse nō esse:vel simplr nō esse bñ potest habere necesse eē ab alio:⁊ ſm ph̄m perpetuari potest:vt patz de motu celi. quē cōstat ph̄m poiuisse esse ab alio effectiue:⁊ de necessitate ab eterno:ita ꝙ si iste motor a quo est:nō mouet: motus celi nō essz:vnde effectus qui est possibilis oblectiue:si efficiens nō ageret effectus nō esset:sed quādo agēs agit ex necessitate nature:pō est impossibilis. ¶ Ad quartuz dicendū: quādo dicitur sicut se habz pole subiectiue ad formaz: ita pole obiectiue ad actuz essendi per agens: verum est:⁊ quādo dicit̄ in mi. ꝙ possibile subiectiue nō dr̄ possibile nisi respectu forme qua caret:dicendū ſm ph̄z scō de anima. ꝙ quedā est potētia abyciens actuz sicut potentia fēminis respectu anime:⁊ veruz est: ꝙ nihil dicitur pole ſm talem potentiaz nisi respectu actus quo caret:sed est alia potentia que nō abycit actū:sicut potentia ad animaz in corpore organico:cuius actus est anima:⁊ ſm talez potentiā est aliquid possibile respectu actus quo nō caret. ¶ Uel dicenduz absolute per interemptionē: ꝙ nō dicitur aliquid possibile subiectiue:qz caret forma:sed quia se habet ad formā vt subz recipiens eā siue añ eā careret siue nō. Qō. III.

Ad tertium sic ꝓceditur. Et arguitur ꝙ per se habet necesse eē:⁊ precipue ab eterno nullo modo sit ab alio effectiue: qz esse per se idem est ꝙ esse nō per aliud sed ꝙ est ab alio effectiue est per aliud ergo ponere ꝙ aliquid sit per se necesse esse ⁊ ponere ꝙ sit ab alio effectiue est ponere ꝙ aliquid idem sit per aliud ⁊ nō per aliud:sed hoc est ipli care opposita ineſſe eidez. ergo ista duo sibynuicez repugnant. ſ. esse per se necesse esse ⁊ eē ab alio effectiue. ¶ Preterea. Illud qō est per se necesse esse quocunqz alio remoto adhuc necesse est ipsum esse:qz ipso manēte semper manet illud per quod necesse est ipsum esse cuz sit necesse per se esse:sed illud qō est ab alio effectiue nō est necesse esse quocū ꝙ alio remoto: qz remoto efficiēte nō est necesse ipsuz esse:imo est necesse nō eē ergo impossibile est ꝙ illud ꝙ est per se necesse esse sit ab alio effectiue. ¶ Preterea ꝙ aliquid sit necesse eē per se hoc est:vel qz nihil est causa sui esse:vel qz ipsuz met est causa sibi essendi:sed si ꝓmo modo:tūc nō habet causam effectiuaz:qz ponitur ꝙ nihil est causa sui esse. si secundo modo etiam nō potest habere causam effectiuaz extra se:qz vnius effectus nō est nisi vna cā sufficiens:sed ipsum est sufficiens causa sui esse:qz sufficiens causa est ad quā necessario sequitur effectus:ponitur:ꝙ ipsum per se sit necesse esse. ergo per se necesse esse nō habet causam extra se per quā fiat:⁊ tale sic nō est effectiue ab alio.

In contrariū est:quia si ꝙ est per se necesse esse repugnat esse ab alio effectiue:aut hoc est:qz necesse ē:aut qz ens per se. Primo modo nō:qz ostēsum est in precedenti questione: quia ei qō est necessario ab eterno nō repugnat esse ab alio effectiue. Nec ſccūdo modo:qz esse per se ens cōuenit omni substātie per se:per hoc enim diuiditur ab accidente:sed constat ꝙ nō omni substantie repugnat esse effectiue ab alio:igitur non repugnat alicui esse effectiue ab alio ex hoc ꝙ est per se ens:⁊ sic nullo modo repugnat ei ꝙ est per se necesse eē:eē ab alio effectiue.

Quarto querit vtrū in corporibus supioribus r inferioribꝰ sit aliqd accidens ciusdē rōnis. Et arguit q̄ nō: qz forme q̄ sunt ciusdē rōnis cōmunicant in subo ciusdē rōnis: sed accidentia superiora r inferiora nō cōmunicant in subo ciusdē rōnis: qz nō i subiecto remoto: nec cōicant in ꝓpinquo. ergo nō sūt ciusdē rōnis accidentia supioꝝ r inferioꝝ. ¶ ℘. Si esset in eis aliqd accidens eiusdem rōnis hoc precipue esset q̄titas: sed quantitas in inferioribus r superioribꝰ nō est eiusdē rōnis. ergo rē. ꝓbatio mi. qz ille forme: q̄ habent per se suba immediate diuersaꝝ rōnum nō sunt eiusdē rōnis: sed mā prima: q̄ est per se i mediatū subiectum quantitatis dimensiue non est eiusdem rationis. in vtrisq̄. ergo nec quantitas est eiusdem ratiōis in vtrisq̄. ¶ ℘. Arguitur contra dictum rūdentis: q̄ dicebat: q̄ poterat esse eiusdē rōnis fm genus cāe formalis: r non fm genus cause finalis: seu efficientis: vl cause materialis. ¶ Contra: quia illud: cuius vnitas r probabilitas formalis est fm vnitatem forme effectiue non pluificatur manente vnitate forme effectiue. Sed ratio agentis hz vnitatem formalem r pluralitatem fm vnitatē r pluralitatē forme effectiue vnius rōnis: r deus: qui est vnus re fm aliā r aliam rōnē cōdidit hoiem r equum fm pluralitatem hoīs r equi. ergo non potest esse vna ratio fm genus cause formalis r pluralitas rōnis fz genus cause efficiētis. ¶ ℘. Ubi est actio eiusdem rōnis est causa efficiens eiusdem rationis: qz agens per se respicit actionem: sed vbi ē forma eiusdē rōnis: est actio eiusdem rōnis: qī fm quosdā forma effecta est idem q̄ ipsa actio. ergo vbi est forma effectiua eiusdem rōnis: r agens ē eiusdem rōnis: r sic idē qđ ꝑ us. ¶ ℘. Manente vnitate illiꝰ a quo accipit ro māē manet rō māe: sed rō māe accipiī a forꝰ qz ro potētie r ipsius possibilis accipiī ab actu: ad quē est in potentia: sicut ꝑz ꝑ ꝑhm. 3. phisi. vbi dicit q̄ sanabile r egrotabile fm q̄ hꝰ dīr pp dīas actuū que ē sanitas r egritudo: lz sanabile r egrotabile sint idē subo: ergo manēte eadē rōne forme manet eadez rō māe: r per consequens in eis in quibus inuenitur eadē rō fm genus cause formalis: est etiam eadē rō fm genus cāe materialis: cuius oppositum dixerat rūdens. ¶ ℘. Qz rūdens dixerat: q̄ accidentia cōla: que sequunt genus logicum possunt inueniri ciusdē rōnis: r fm spēm spālissimā: r fm genus cause formalis vtrobiqz. ¶ Contra arguitur sic. nullum accidens ꝓsequiī illud: quod ē accidens rōnis tn: sed genus logicū dicit ens ratiōis tn. ergo nullum accns rōnale ciusdem rōnis ꝓsequitur genus logicum in supioribus r inferioribus: r etiaz i gbuscūqz alys. ¶ Sed dicebat: q̄ illa accidentia consequuntur non intentionē: que est rōnis: sed rem subiectā intentioni. ¶ Cōtra. Res subiecta intentioni ē res nālis. Si ergo accīa aliqua ꝓsequunt rē subiectā intētioni: talia consequūtur magis genus nāle q̄ genus logicum: r per consequens essent transmutabilia: qđ est falsum. ¶ ℘. In eo posset esse aliqua forma: in qua ē rō susceptiua illius forme: sed quantitas istoꝝ inferiorum est rō suscipiendi calorem r frigus: r alias qualitates actiuas r passiuas: qđ ꝑz in sacramēto altaris: in quo sola quātitas substernitur talibꝰ accītibus. ergo vbi ē quantitas eiusdē rōnis cum quantitate istoꝝ inferiorum potest esse calor r frigus r similia. Sed talia

non possunt

non possunt esse in corpore celesti. ergo eius q̃titas nõ est eiusdẽ rõnis cuius q̃titate istox inferiox: multo minus vt videt cõicant in alys accidentibus. ℂ ℙ. Prima mã subatur per posse: vt dicit Cõmẽtator in ꝓmo caplo de suba orbis: sed posse hz rõnẽ diffinitiuã: t bẽt diffiniri per actũ ad quẽ est. ergo manẽte vniuoce ꝟm actũ: siue genus cẽ formale manet genus cãe materialis: t sic idẽ qõ ꝓius. ℂ ℙ. Diffinitio predicatur essencialiter de diffinito: sed cõpositũ est diffinitũ. ergo nulla ratio vel diffinitio est ꝟm gen⁹ cãe formalis vel mãlis tm̃. ℂ ℙ. Media: que habẽt esse inter extrema diuersarum rõnum sunt diuersarum rationũ: sed quantitas superiorum t inferiorum sunt hmõi. ergo rc̃. Maior supponitur. minor ꝓbatur: qz q̃titas ꝟ vtrobiq; ẽ media inter motũ t mãm ꝓmã: sed motus t mã ꝓma in inferioribus t superioribus sunt diuersax rõnũ. g̃ q̃titas in vtrisq; est media inter extrema diuersax rõnũ: t sic ꝑz minor. ℂ ℙ. Si in vtrisq; inuenit q̃titas eiusdem rõnis: sequitur q; in vtrisq; sit motus eiusdem rationis: sed hoc est falsum. ergo rc̃. falsitas ꝟsequntis ꝑz. ꝓnia ꝓbatur: qz motus t locus sunt idẽ. qz idem est motus t terminus motus: sed locus ẽ q̃titas. g̃ si i vtrisq; inuenitur q̃titas eiusdem rõnis: segtur q; ẽt sit motus eiusdem rõnis. ℂ ℙ. Illud qõ nõ recipit pegrinas impressiones non recipit: nec hz in se nisi q; est sibi ꝓpriũ: sed celũ non recipit pegrinas impressiones: ꝑz ꝑ phm primo celi. ergo nihil est in celo: qõ non sit sibi ꝓpriuz: t per consequens in aliquo cuz istis inferiorib⁹. ℂ ℙ. In cis: in qbus non est esse eiusdem rõnis non est forma eiusdem rõnis: qz esse sequitur formã: sed in inferioribus t in superioribus non est esse eiusdẽ rõnis. g̃ non cõicat in aliqua forma eiusdem rõnis: nec per ꝓns in aliquo accñte eiusdem rõnis qz quodlibet accidẽs est aliqua forma accñtalis. ℂ ℙ. Illud qõ non cõicat in forma generali non cõicat in forma spãli: sed superiora t inferioza non cõicãt in aliqua rõne generali: qz generalissima rõ est rõ prime mãe: in qua nõ cõicant. ergo nec cõicant in aliquo accñte eiusdem rõnis. ℂ ℙ. Si superioza t inferioza cõicarent in accñte eiusdem rõnis: hoc precipue cẽt dyaphanitas: sed illa nõ ẽ eiusdẽ rõnis vtrobiq;. ergo rc̃. maior supponitur. minor ꝓbat: qz si dyaphanitas eiusdem rõnis cẽt vtrobiq; sic̃ dyaphanitas iferiox põt imutari a lumine ignis: ita t dyaphanitas celi ℔ aũt est incõueniẽs: qz tũc celũ posset imutari realiter ab inferioribus: t lumine qõ hz cẽ in medio reale. ergo dyaphanitas in vtroq; nõ eiusdẽ rõnis. ℂ ℙ. Si q̃titas inferiox t superiox cẽt eiusdẽ rõnis: sicut q̃titas inferiox põt diuidi ita q̃titas superiox: sed hoc est falsum. q̃titas superiox non põt diuidi. ergo q̃titas vtraq; nõ est eiusdẽ rõnis: t sic ꝑz idem quod ꝓius. Sed vicebat: q; q̃titas celi q̃tum est de se est diuisibilis: t q; non diuidatur hoc est per accidens. ℂ Contra: qz potentia est frustra: que non reducit̃ ad actũ: sed si q̃titas celi q̃tum est de se esset diuisibilis esset in celo potentia ad diuisionem: que nũq; reduceret ad actũ. ergo frustra eẽt: qõ ẽ icõueniẽs. ℂ ℙ. Nullũ p accñs est perpetuum: sed celũ nõ diuidi t manere sine diuisione est perpetuũ. g̃ q̃titati celinõ ꝟuenit diuidi per accñs. ℂ ℙ. Suba diuersax rõnum non cõicant in illis rebus: que causant̃ ex ꝓprys ꝓncipys earũ: sed accña celi cãntur ex ꝓprys ꝓncipys celi: t accñtia iferiox cãntur ex ꝓprys principys eox: q̃ sunt mã t forma: t talia sunt diuersax rõnuz. ergo rc̃. ℂ ℙ. Illud qõ de se ignotũ est nõ ẽ ꝓncipiũ cognoscẽdi alteri⁹: sed materia de se est ignota. g̃ nõ est cã cognoscendi alterius: sed illud: per quod aliqd diffinit̃ notificat alterum. g̃ non datur per mãm: siue per genus cause materialis: cuius opposituz dixerat respondens. ℂ ℙ. Que non cõicant in accñte cõissimo non cõicant in alys accidentibus: sed motus est accñs cõissimũ. ergo que nõ cõicãt in motu nõ possunt cõicare in aliquo accñte: ꝛz superioza t inferioza in motu eiusdem rõnis non cõicant. ergo multo minus in alys accñtibus. ℂ ℙ. Subiectum figure est quantitas. si ergo q̃titas ẽ eiusdẽ rõnis vtrobiq; figure cõicant in subiecto eiusdem rationis: sed que cõicãt i subo eiusdẽ rõnis cõicãt i aliquo ꝟm genus cause mãlis: qz mã accñtiũ est subm in quo sunt. ergo si q̃titas superiox t inferiox ẽ eiusdẽ rõnis: segtur q; aliqõ accidens eius sit eiusdem rõnis ꝟm genus cãe mãlis in inferioribus t superioribus: cuius oppositum videbatur. ℂ ℙ. Que cõicant in eodẽ genere nãli sunt adinuicem trãsmutabilia. g̃ si q̃titas superiox t inferiox sunt eiusdem rõnis: segtur q; corpa superiora saltẽ q̃tum ad figuras sint trasmutabilia: qõ videt inconueniẽs: t sic idem quod ꝓius. s. q; quantitas non est eiusdem rationis.

In contrarium est phs. y. de aia. dicẽs: q; dyaphanitas nõ ꝓmo cõsequit̃ corpus celeste: sed ꝟm q; conuenit cũ ꝯbusdam corporibus inferioribus in aliquo cõi: sed hoc nõ esset nisi dyaphanitas esset vtrobiq; eiusdez rõnis. ergo rc̃. ℂ ℙ. Que concurrunt ad eundem effectum cõicãt in virtute eiusdem rõnis: qz cox virtus concurrit ad illũ effectuz: sed superioza t inferioza sunt hmõi. ergo rc̃.

Respondeo ad euidentiam qõnis. 3. ꝓmittã t quarto ostendam ꝓpositũ. ℙ. primũ qõ premitto est distinctio accñtium: vñ sciendum q; sunt quedam accña: que consequũtur res ꝟm q; cõueniũt in aliquo genere logico: sicut q̃titates ꝟsequuntur corpus: corpus aũt hz vnitatem generis logici nõ nãlis: t quedã talia accña inueniunt̃ in celo: sicut q̃titas ipsa t dyaphanitas: quedã sunt accña: q̃ ꝟsequũtur corpora aliqua ꝟm q; ꝟueniũt in vno genere nãli: siue in vno subo: put accipit̃ subm non solũ subm forme: sed put accipit̃ subm trãsmutationis: sed q̃litates actiue t passiue consequũtur corpa generabilia t corrupti bilia: que dispõnes cõueniunt in corporibus supra celestibus: ꝟm quas ꝟueniunt in motu locali: quedaz vo sunt accña: que ꝟsequunt̃ aliqua ꝟm ꝓpriã spẽm: sicut risibile ꝟsequit̃ hoiem. ℂ Scõz qõ ꝓmitto ẽ de diuersitate diffinitionum siue rõnum eiusdem rei. Sciẽdũ est igitur: q; ꝛz vnius rei sit vna cõpleta diffinitio comprehendens oẽs cãs eius: nõ tñ ꝟm vnũquodq; genus cãe põt dari diffinitio vna: sed ꝟm diuersa genera causax eiusdẽ rei diuerse diffões eiusdem rei dari pñt: t ℔ satis hr̃ a phõ ꝓ de aia. t in zo posteriox. t ex ℔ cõuenit q; aliqua sunt qñq; eiusdẽ rõnis ꝟm genus cãe formalis: vel ꝟm formas: que nõ sunt eiusdẽ rõnis: ꝟm genus cãe efficientis: sicut rotunditas pomi: si oino esset rotũda: t rotunditas pile facto opere tornatili q̃tũ ad formã rotunditatis sunt eiusdem rõnis: imo eadez rotunditas est eadem figura proprie: sed causa efficiẽs t modus inducendi vtranq; rotunditatez sunt diuersarum rõnum t diuersarum specierum. ℂ Tertium q; premitto est de diuersitate modox vnitatis: nam quedam dicũtur eadẽ numero: quedam eadez specie: quedam genere: quedaz analogice: eadem genere possunt distingui: qz quedam sunt eadem genere logico: sicut ois suba omni sube: t quedam naturali: sicut que cõicant in eodẽ subo ꝓpinquo vel remoto.

ꝓ de aia. t. c. 14. z. post. t. 48. 9. t. 10

t. c. 20. 21. t inde.

Hís premissis ad qõnẽ primo dicamus ea que habent minorẽ difficultatẽ ꝛ postea alia: ꝙ autẽ accña existentia in corpibus superiorib⁹ sint eiusdẽ rõnis cũ accñtibus inferiorib⁹ corpoꝝ ꝑm idẽtitatẽ generis logici ꝓut oĩs q̃titas est eiusdẽ rõnis generalis cũ oi q̃titate nulla includit difficultatẽ: qz oĩa sunt in aliquo genere. ꝙ. ꝑdicamentoꝝ dũmodo sint actiua: que hẽant eẽ in aliquo genere: ꝙ dico: qz aliqui dñt ꝙ lumen in dyaphanum nõ hz esse reale. cui cõpetat esse in genere: nec põt dici: ꝙ accidentia supioꝝ corpoꝝ sint in gbusdã generibus accñtiũ ꝛ inferioꝝ in alys: imo opz: ꝙ sint in eisdẽ: qz impossibile est quin q̃titas vtrorũq; sit in genere q̃titatis: ꝛ oĩs q̃litas loquendo de eis: que sunt in genere: ꝙ dico ꝓp ꝑdictam cãm sit in genere q̃litatis: ꝛ ideo nõ ẽ dubiuz gn accñtia vtrozũq; sint eiusdẽ rõnis generalis ꝛ logice ꝓut expositũ est. ¶ Itẽ ẽt non est dubium quin i accidentib⁹ ꝓprys: que solã vnã spẽm cõsequunt supioza ꝛ inferioza nõ cõicant ꝑm vnam rõnẽ sp̃alitatis: quia aliqua eadẽ specie non inueniunt extra spẽm: quã ꝑcipue ꝯsequunt: supioza aũt ꝛ inferioza nõ sunt eiusdez spẽi. ¶ Itẽ ẽt nõ est dubũ: ꝙ nõ cõicant in accñtibus ꝯñtibus aliquas res: ꝓut ꝯueniũt in vno subo trãsmutabili: cũ non sint transmutabilia adinuicẽ: nec conueniunt in aliqua transmutatione saltẽ ꝑm spẽm sp̃alissimã excepta forte illuminatione: que forte ꝑm vnã rõnẽ inuenitur in eis. ¶ Itẽ ẽt non est dubiũ suppositis his: que dicta sunt in precedenti qõne: ꝙ accña: q̃ consequũtur imediate accña vtrozũq; corpoꝝ nõ cõicãt in aliq̃ rõne sp̃ali ꝑm genus cause mãlis ꝓut accipit subm forme: qz subm supioꝝ ꝛ inferioꝝ: que sunt imediate subẽ talũ accñtium non sunt eiusdez spẽi: nec ẽt eiusdẽ generis ꝓpinqui: sed aliqua accñtia: q̃ inherent mediate pñt hre subm eiusdẽ rõnis: si q̃titas vtrobiqz sit eiusdẽ rõnis q̃tũ ad suã eẽntiã. ¶ Itẽ planũ est: ꝙ accña vtrozũq; non hñt cãm ꝓpriã efficientẽ eiusdez rõnis excepto forte lumine in dyaphano exñte vtriusqz: qz accidentia saltẽ illã: que necessario ꝯsequunt celũ ꝛ cõicãt cũ eis accñtia inferioꝝ necessario ꝛ ꝯsecutiue sunt a generante: sicut ẽt generantur: sed quantum ad hoc põt esse dubiũ vtrũ q̃tũ ad ea q̃ cõsequunt ea sicut ad genus logicũ: sicut quãtitas diuisibilis ꝛ rotũditas cõueniunt in vno accñte ꝑz spẽm: ita ꝙ sint eiusdẽ rõnis specifice ꝑm genus cãe formalis: ꝛz nõ efficiẽtis: ℔ nihil aliud ẽ q̃ vtrũ figura circularis q̃tuz ẽ ex parte sua sit vtrobiqz eiusdẽ spẽi: sicut duo colores: ꝛ ꝙ hoc sit oñdẽ: primo ex eo: qõ regritur ad diuersificandũ aliquod cõe in diuersas. ¶ Et est rõ talis: ad hoc ꝙ aliqua differant spe sub aliquo genere: oz ꝙ inueniat in eis dña formalis circũscripto oi alio: qõ est diuersũ ab eis per essentiã: sed supioza ꝛ inferioza non habent in eẽntia sua vñ formali dña differãt in eis: spẽ nõ gn corpus ꝛ supficies in quocũq; differãt spẽ abinuicem: ꝛ sili figura circularis ꝛ sperica: sed sic itelligo: ꝙ figura circularis in inferioribꝰ nõ differt spẽ a forma in superioribus: nec sperica a sperica: nec supficies a superficie: nec corpus: qõ est q̃titas a corpe: qõ est q̃titas: vtrã qz assumptam ꝓbo ꝛ primo maiorẽ: qz ꝑm pbm scdo phisico. ad hoc: ꝙ aliq̃ dñant specie non sufficit ꝙ sint in subis diuersaꝝ nãꝝ: sicut ponebant Platonici: ꝙ ponebãt formas differre specifice: qz i aliquo alio erãt recepte. Sed ꝑm hoc: ꝙ ipsemet ibidem dicit: opz ꝙ ibi sit dña specifica in formas: ꝛ alia recipiant in aliquo alio: hoc aũt non esset nisi in essentys formaꝝ dñarum esset differentia formalis circũscripto oi alio ab eis in qõ cõueniteas recipi: ꝛ ideo oz: ꝙ formeque differunt specifice habeant differentiã formalẽ in suis essentys ꝓprie circũscripto oi alio differente ab eis ꝓ essentiaz aliogn ad eas specifice sufficeret ꝙ reciperent i alio ꝛ alio: cuius oppositũ vult pbs: qõ aũt dico de circumscribendo non accipio: ꝙ accñs possit esse sine subo: sed intelligo: ꝙ accñs possit circũscribi a suo ꝓ se subo q̃tuz ad hoc: ꝙ vnũ est aliud ab aliquo per essentiã: ꝛ ideo illud: qõ per essentiã cõuenit alicui eoꝝ põt sibi attribui nõ intellecto alio: ꝛ sic ps: ꝙ que seipsis differũt circumscripto oi alio possunt intelligi differre: sed differentie diuidentes aliquod genus seipsis differunt formalr. ergo circũscripto oi alio diuerso ab eis ꝓ essentiã dñe diuidẽtes aliquod genus differũt formalr: ſz dñe: que nihil aliud dñt q̃ formas differentes spẽ aliquo genere: qõ per se diuidunt: hñt dñam formalẽ circũscripto oi diuerso ab eis per essentiam: ꝛ sic ps maior. minorez ꝓbo sic. accipio vnũ quattuor ꝑdicamẽtoꝝ. s. corpus: qõ est quantitas: qz de rõne huius quantitatis: quod ẽ corpus est habere latũ longum. ꝛ ꝓfundz: sed hec non inueniuntur differre vel pluificari formaliter circũscripto oi eo: quod est diuersum ab eis per essentiam a q̃titate: qz vt de se ps: in ℔ qõ est hre trinã dimẽsionem: accepta ꝓcipue dimensiõe non est aliqua diuersitas formalis: vel diuersi gradus formalis: qz ista nisi per aliud diuersum ab eis possunt variari nisi magnum ꝛ paruum: puta bicubitum: tricubitum: ꝛ hmõi: que dicit placet multis ꝛ magnis bicubiti tricubiti dimẽsio accepta ꝓcipue non habent vnde varientur: ꝛ ideo bicubitum vel tricubitũ in corpore celesti ꝛ iferioribus non variabunt quantitatem continuam specifice: siue accipiaꝝ bicubitũ vtrobiqz diuidendo vel assignando ꝑm rem: vel ꝑm imaginationem. ¶ Secũda ratio sumit ex ℔ ꝙ illud: qõ facit formalr differre aliqs alias spẽs est de rõne illaꝝ spẽrum: ꝛ est talis: illa accidẽtia possunt esse eiusdẽ rõnis in corpozibus inferioribus ꝛ superioribus: que nõ differunt specifice: ꝓ ea ꝓ q̃ dñrunt ꝓ se in eo ꝙ huius corpora supioza ꝛ inferioza: sed q̃titas ꝛ figura sũt hmõi accña. ḡ q̃titas ꝛ figura pñt esse eiusdẽ spẽi in vtrisqz corpozib⁹. maiorẽ ꝓbo: qz ablata cã aufert effcũs: cã plalitatis specifice est vna: ꝓ quã spẽs specifice dñrunt. ḡ ablatis eis: ꝓ que aliq̃ accña specifice dñrunt ab aligbus nõ est necesse illa accña differre specifice in illis: sed corpora supioza ꝛ inferioza non possunt esse cãe differentie specifice suoꝝ accñtiũ: nisi ꝓ ea: ꝓ que differunt: qz illud in quo cõueniunt nõ ẽ cã dñe. ḡ illa accña: q̃ non dñrunt specifice ꝓ ea: gb⁹ supiora ꝛ iferioza dñrnt: possunt cẽ eiusdez spẽi in eis: ꝛ accipio cãm dñe specifice ꝓ quacũq; cã: q̃ ꝓ se facit dñam specificã. minorez ẽt ꝓbo: qz illa: que per se sunt cãe differẽtie specifice: ꝛ per que aliq̃ dñrnt specifice sũt de rõne illaꝝ spẽꝝ: sed de rõne speꝝ sp̃alissimaꝝ q̃titatis ꝛ figure non sunt ea: quibus differunt corpora supioza ꝛ inferioza adinuicem per se: aliogn talia essent de consideratione geometrice considerat. n. q̃titatẽ ꝛ figuram ꝛ eaꝝ spẽs sp̃alissimas: hoc aũt est falsum. relinquit ḡ ꝙ q̃titas a figura non differat specifice: nec hẽat spẽs diuersas ꝓ ea: per que corpora superioza differũt ꝓ se: ꝛ sic ps minor. Tertia rõ sumit ex hoc: ꝙ spẽs figurarũ possunt multiplicari in infinitũ: ꝛ est talis: illa q̃ pñt multiplicari in infinitũ nõ multiplicant ꝓ se ꝛ formaliter: imo nec qualitercũq;: sicut nec ꝓ se cãe multiplicant per ea: que ex nã sua finita sunt: vbi sit cã ex rem sicut est cã efficiens equiuoca vel finalis: ex hoc ps: ꝙ pluificatis spẽbus: oz illa gbus dñrunt pluificari: ſz ea

quibus

Ista ꝛcło ẽ ꝓra Auerroꝛ ꝑm sup porphirio. cap. ō ſpẽ. ꝛ. z. cel. t. c. 49. ꝛ in 2. ca. de subaoꝛdis. nã ꝑm ſpm nullum eternũ est in genere: nec ẽt eiusdẽ rõnis cum eo.

L. com. 67. ꝛ inde.

quibus differunt ſuperioza ⁊ inferioza p ſe ſunt de nã ſua finita: qz illa ſunt: que per ſe differunt: q̃ ea p ſe conſequuntur: ⁊ que in eis per ſe inueniunt̃: ꝑm q̃ ſunt ab inuicẽ dr̃ia: talia aũt ſiue ſint dr̃ia talis: ſiue p ſe accña: gbus ſaltẽ p ſe ⁊ primo iuxta ſcõm modũ dicẽdi per ſe differunt ſuperioza ⁊ inferioza ſunt ex nã ſua finita. ergo ſpẽs nõ dr̃unt p ſe: per ea quibus ſupioza ⁊ inferioza habeãt eſſe: ⁊ ſic ſegtur idẽ qõ ꝓius. Sed forte ꝺ iſtas duas rõnes diceret aliqs: q̃ ly homo ⁊ bos nõ ſunt illa: per que ſpẽs figuraꝝ per ſe differunt: tñ neceſſario conſequunt̃ ea diuerſe ſpẽs figuraꝝ: ita ly ſupioza ⁊ iferiora ꝑm ea: per que differunt nõ ſint ea: ex gb⁹ multiplicãtur ſpẽs figuraꝝ: tñ eas neceſſario ꝺſequunt̃ ſpẽs figuraꝝ. Sed hoc nõ valet: qz ly ita ſit q̃ diuerſe ſpẽs figuraꝝ ꝺſequunt̃ corpa celeſtia ⁊ aliq̃ inferioza: qz alia ſpẽs eſt figura ſolis: ⁊ alia eſt figura hois: tñ ex p̃miſſis rõnibus ſegtur: q̃ illa figura. que ꝑm ſe eſt yna ſpẽ: vt ex ꝓncipys figure nõ ly vnde ꝑm ſe pl̃ificet ex hoc: qõ ꝺiungit̃ corpori celeſti ⁊ in ſupiori: ⁊ ideo nõ pl̃ificatur ſpẽ: ſicut ẽt in hoie ⁊ boue: que ex cõiunctione ſua ad illã figuram: que ꝑm ſe nõ ly dr̃iam formalẽ: que ſpecifice plurificaũ non plurificarent ꝑm ſpẽm illã figurã: vñ ſi figura circularis eẽt in hoie ⁊ boue nõ pp̃ pluri/ficarent̃ ſpecifice: imo manerẽt eiuſdez ſpẽi: ⁊ ſic ex ꝑ q̃ figura circularis ſpecifica corpi celeſti ꝺiungit̃ ⁊ inferiori nõ pl̃ificaũ: nec oz q̃n necio ꝺſimili⁹ figura poſſit ſequi corpora ſuperioza ⁊ inferioza aliq̃ ſaltez: quin p̃ partem poſſit in corporibus celeſtibus ſic ſilis figura ⁊ corpibus inferioribus. ¶ Quarta rõ talis eſt: paſſio que coſequit̃ per ſe: ⁊ ꝓcipue aliq̃ ſpẽz: ſiue ſit ſubalterna: ſiue ſit ſpãliſſima ꝺſegtur eam p̃ principia: per q̃ ly ꝺſtitui in tali ſpẽ: ſed diuidi in infinitũ nõ cõuenit q̃ntitati cõtinue p aliqd: qõ ꝺſegtur corpus nãle: nec p ꝺñs p aliquid: qõ cõueniat corpi celeſti in eo qõ huius: vel corpori inferiori in eo qõ huius: qz ẽt alia in eo q̃ buiꝰ ſunt corpora. q̃ q̃ntitas ꝺtinua nõ ly ꝺſtitui in ſpecie q̃ntitatis ꝺtinue p aliqd: qõ conueniat corpori celeſti: vel corpori inferiori in eo qõ huius. ¶ Eodẽ mõ poſſet argui de ſpẽb⁹ q̃ntitatis continue: ſed q̃ linea terminetur ad puncta: vel bẽat eſſe rectũ vel curuuz nõ p aliquid qõ cõſegtur corpora nãlia: ⁊ ſilr de ſuperficie: que bẽt terminari ad lineas: ⁊ ly actiuas paſſiones ſuas: q̃ non cõſegtur p aliquod: qõ cõueniat corpori nãli in eo qõ huius: ⁊ ſic ſegtur: q̃ nulla ſpẽs q̃ntitatis ꝺtinue ſit i aliqua ſpẽ p cã: que cõſegtur corpora celeſtia vel inferiora in eo qõ hꝰ: ⁊ per ꝺñs per ea: que ſunt corpoꝝ ſupioꝝ ⁊ inferioꝝ nõ plurificant̃ ſpecifice talia accña: qz p illud conſtituit̃ aliqd in eſſe ſpecifice: per qõ differt i eẽ per ſe ſpecifice ab alys ſui generis: ⁊ ſic idem qõ ꝓius. ¶ Quinta rõ talis eſt: illa que ſunt eadẽ nũero mediũ in vnione eiuſdẽ ſenſus: ⁊ reſpectu eiuſdẽ obi videtur eſſe mediũ talis vnitatis ꝑm eandẽ diſpõnẽ in ſpecie ſpãliſſima: ſed q̃ñ videmus ſtellas: inter quas nõ ſunt aliqua corpa celeſtia: ſicut forte oẽs ſtelle excepta forte luna: corpus celeſte ⁊ corpa inferioza dyaphana ſũt mediũ in vnione viſus: ⁊ eodẽ mõ: qz eodẽ mõ vidẽt̃ ſtelle p corpus celeſte: ſicut p aerẽ ⁊ ignẽ. q̃ videt̃ poſſibile: q̃ dyaphanitas vtrobiq̃ ſit eiuſdẽ ſpeciei ſpãliſſime. maior vr̃ pbabilis: qz ly accidẽs vl idẽ numero: vl ꝑm ſpẽm poſſet eſſe in diuerſis ſubis ⁊ diuerſaꝝ nãruz a diuerſis agentibus: ⁊ ſimilẽ effectũ in diuerſis ſubis diuerſimode inducentibus: ſicut eadem q̃ntitas ſpecie: vt ex eoꝝ dictis ſuppono: ⁊ aliqualr oſtenſum eſt: pot eſſe in celo ⁊ in ſupiorib⁹: ⁊ non cõicant in mã: nec i forma ab agente per creationẽ: ⁊ ab agente per generationem: tñ per aliqua duo inmutantur ſimili inmutatiõe ⁊ manente eadẽ diſpõne ꝑm ſpẽm non videt̃ poſſibile. minor ẽt vr̃ pbabilis: qz eodẽ mõ tam ſupioza q̃ inferioza ſunt mediũ in tali inmutatione viſus: ſicut nũc dictũ ẽ: ⁊ eodẽ modo videt̃ in numeris inq̃tuz ſunt inmutabilia: ly q̃tuz ad aliq̃ varient̃: qz vnũ tale facit ⁊ aliud non: ⁊ conſtat q̃ inmutaũ ab eodẽ agente. ſ. ab eadez ſtella: ⁊ lõ vr̃ q̃ tam maioz q̃ minoz ſit pbata: ſic dico q̃ aliqua accña eiuſdem ſpẽi ſpãliſſime ſint in vtriſq̃ corpibus: ⁊ per ꝺñs q̃ in eis ſunt aliqua accña eiuſdez rõnis: accipiẽdo rõnẽ ꝑm genus cauſe formalis: ſed accipiendo ꝑm rõnẽ cauſe efficientis q̃tũ ad accñia neceſſario ꝺñtia vtraq̃ nõ ſunt eiuſdẽ rõnis: dico aũt q̃ tum ad accña ea neceſſario cõſequẽtia pp illuminationẽ: que vt credo eſt eiuſdem ſpẽi vtrobiq̃ ⁊ ab agente ⁊ eodẽ mõ accipiẽdo cãm mãlem q̃tum ad ſubm accidentiũ: que imediate inherẽt ſubẽ: vel q̃tum ad ſubiectũ: put eſt ſubm tranſmutationis vel receptiõis forme de nouo accepte: vt dcm̃ eſt de illuminatione· quo etiã q̃tũ ad hoc vnifozm; iter: vt mihi videt̃ vtrobiq̃. ¶ Ad pm̃ ergo dõm: q̃ maior eſt vera de formis: que ſunt eiuſdẽ rõnis: nõ ꝑm genus cãe formalis: ſed ꝑm genus cãe mãlis: ſic aũt accña ſuperioꝝ ⁊ inferioꝝ ſaltẽ quãtũ ad ea: que imediate inherent ſubẽ nõ ſũt eiuſdẽ rõnis: qz non bñt ſubm eiuſdẽ rõnis. Sed tũc manet difficultas qũo due formе eiuſdem rõnis: vel duo accña: que ſunt eiuſdez ſpeciei poſſunt eſſe in diuerſis ſubis diuerſaꝝ nãrum imediate. Et ad hoc dicendum q̃ loquendo de accñtibus: que conſequuntur aliquod cõe genus logicũ: q̃ idem accñs inueniatur in ſubis diuerſaꝝ nãꝝ imediate nõ incõuenit: ⁊ tale accñs eſt q̃titas: ad illud aũt qõ vlterius addit̃ in argumẽto: q̃. ſ. ea ſunt eiuſdẽ rõnis q̃ cõicãt in ſubo ꝓpinquo: ex quo vr̃ ſequi: q̃ q̃ntitates ſuperioꝝ ⁊ inferioꝝ: que ſũt i mã in qua ſunt: ſicut in ſubo ꝓpinquo non ſunt eiuſdez rõnis vtrobiq̃: dõm: q̃ illud bz veritatẽ de ꝓpinquo ⁊ remoto in eodẽ ordine p̃dicamẽtali: ⁊ ꝑm ordinẽ p̃dicamẽtale: ſicut ea: que cõicant in genere generaliſſimo: ⁊ eadẽ non cõicant in eodẽ ꝓpinquo: ꝓuta que nõ cõicant in ſuba ſicut in genere nõ cõicant in aiali vel corpore: nõ aũt bz veritatẽ de ꝓpinquo ⁊ remoto ꝑm ordinẽ cãe ſubiectiue: ꝑm q̃ aliquid ſubycit̃ alicui accidẽti mediãte alio: ſicut ſuba ſubycit̃ figure mediãte q̃ntitate eadẽ rõne eſt: que ꝑm ordinẽ p̃dicamẽtale cẽntualiter remouet̃ ꝺtinet̃ in ꝓpinquo ⁊ variato eo q̃ dicit̃ remotũ ſpecifice op3 variari ꝓpinquũ ſpecifice: nõ ſic aũt eſt in eis: que ſunt ꝓpinquuz ⁊ remotum ꝑz genus cauſe ſubiectiue: ſicut in quantitate: que eſt ſubz ꝓpinquum figure eodẽ modo quo cõuenit vnũ accidẽs eẽ ſubm alterius: non aũt ꝺtinet̃ eſſentialr ſub eſſentiali que eſt ſubm ipſi figure reducit̃ ꝑm ordinem cãe ſubiectiue. ¶ Ad zm̃ dõm: q̃ ſicut dcm̃ ad pm̃: q̃ illud nõ bz veritatẽ de accñtibus: que ꝺſequunt̃ aliq̃ genus cõe logicũ: qualia ſunt accidentia: que ponunt̃ eẽ eiuſdem ſpeciei in vtriſq̃ corporibus: ⁊ ideo argumentũ nõ valet. ¶ Ad 3m̃ dõm: q̃ maior non bz veritatem ſi accipiat: q̃ vnitas cãe efficientis dependet ꝓcipue a forma effecta: ſiue ab vnitate forme: imo dependet etiaz ab vnitate ſpecifica forme: que eſt principium agendi: vnde agens alterius rõnis eſt ignis calefaciẽs ⁊ motꝰ calefaciens pp̃ principia diuerſa actiua: ly eadez ſuba ſit forma effecta: vnde ſubm eſt: qõ ſimplr vult: q̃ eẽ calefaciens ſit eiuſdem rõnis omni calefacienti niſi agit p eandem formam: ⁊ ꝑm eundem modũ ex parte paſſi: qõ aũt additur de differẽtia dcã ꝑm rõnẽ ꝑm diuerſi/

tatem effectuũ non ꝓbat: nisi ꝙ ad vnitatẽ cãe efficiẽtis ꝼm rõnẽ regrit vnitas effectus: siue forme effecte: sed nõ ꝓbat ꝙ hoc sufficiat. ¶ Ad 4m dõm: ꝙ ꝼm ꝙ apud illos qui ponũt: ꝙ actio realr sit ipsa fozma: que cãtur in passo: dicẽdũ ꝙ vbi est actio eiusdẽ rõnis vlr .s. ꝙ oẽ genus cãe est cã efficiens eiusdẽ rõnis: sed non oz ita esse vbi est actio eiusdẽ rõnis ꝼm genus cãe formalis tm: qz ꝼm idẽtitatẽ simplr z vlr rõnis accidẽs regrit nõ solũ idẽtitas cãe efficientis: sed ẽt identitas ꝓncipij actiui: dato ꝙ ipsa actio sit realr ipsa fozma effecta: eo modo quo ꝛpetit forme fieri: z rõ nõ ꝛcludit. Si aũt actio nõ sit idẽ realr: ꝙ fozma acta: vt quidaz ponũt. minoz rõnis simplr est neganda. ¶ Ad 5m dõz: ꝙ sicut dcm est ad 3m rõ mãe non solum accipit a fozma ad quã est in potẽtia: imo ẽt a ꝓncipio passiuo: ꝑ quo mã est receptiua forme: siue illud ꝓncipiũ passiuum sit idẽ ꝙ mã: siue sit diuersitas in ipsa fozma: ad quã mã est in potẽtia: loquendo de diuersitate specifica est subm alia rõ mãe: vnde nõ opz: ꝙ manente sola idẽtitate forme maneat eadẽ rõ mãe. ¶ Ad 6m dõm: ꝙ accña realia: de qbus dcm est: ꝛsequunt nõ ipsaz in tẽtionẽ logicalẽ ꝼz rem subiectam intentionl: z etiã diuersas res. ¶ Ad 7m dõm: ꝙ accña ꝛns aliquas res in esse reali non opz: ꝙ cõsequat genus naturale: nisi ille res cõueniant in vno subo reali: qõ dr genus nãle: z iõ qz predicta accña ꝛsequãtur ipsas res: tm qz ipse res: qs consequunt non vniunt in vno suo reali: nõ possunt dici illa accña ꝛseq genus nãle: sed magis genus logicũ ꝑ tanto: qz res quas ꝛsequunt non vniuntur nisi in vna rõne cõi logicali. ¶ Ad 8m dõz: ꝙ sola qtitas nãliter non potest esse subm calidi z frigidi sine aliq suba cũ qtitate subiecta: que suba nõ põt esse in cozpore celesti. z ideo talia accidẽtia ibi esse nõ pñt: non obstante idẽtitate qtitatis: ꝙ aũt in sacro altaris sola qtitas sit subm eoz: hoc est mirabile z supnãliter: vel dõz: ꝙ qz qtitas sit illud: per qõ vnũqõqz est natus suscipere talia accña: tm qtitas non põt eque suscipere qm cõungit ei: cui repugnat ex ꝓncipys eius ꝓuigi talibus accidentibus qualibus cozpora inferiora cõiunguntr. Et ita in ꝓposito est de suba celi. ¶ Ad 9m dõm: ꝙ rõ materie est potẽtia: cuius vnitas non solũ accipit ab actu ad quẽ est: vez ẽt ab vnitate ꝓncipij passiui: vñ ad vnitatẽ specificã ipsius potentie non solum sufficit vnitas actus nãliter: vez ẽt vnitas ꝓncipij passiui. ¶ Ad 10m dõz: ꝙ ꝑ modo loquẽdo de diffinitiõe: inq̃m est accñs fozme ꝑdicat eẽntialr de diffinito: qõ accñs nihil aliud est qz fozma accidẽtalis: vñ qtitas ad reale diffinituz altera pars mínoris ẽ falsa. s. ꝙ fozma nõ ꝑdicatur de diffinito: ꝼz ꝼm 2m dõz est vltra: ꝙ qlibet diffinitio predicatur essentialiter de diffinito: non tamẽ qcquid predicatur essentialiter de diffinitione ꝑdicatur essentialiter de diffinito: sicut in ista diffinitiõe: simitas est nasi curuitas ꝑdicat nasus de aliquo: z tamẽ non ꝑdicatur essentialr de diffinito: ꝼz diffinitio hec: q ẽ curuitas nasi ꝑdicatur de simitate: dr aũt diffinitio dari per cãm mãlem aut fozmalem: non qz predicat de eo: qõ ponit diffinitio: sed qz ponitur in diffõne: ꝼm 3m potest dici: ꝙ ꝼz fozma in abstracto non ꝑdicat de composito essentialr: tm in cõcreto bene ꝑdicat: naz ꝼz hõ essentialiter non sit aia: tm est fozma aiata. ¶ Ad 11m dõm: ꝙ maioz bz veritatẽ de medio z extremis: q̃ sunt eiusdem generis: z precipue s: sunt eiusdez generis ꝓximi: sicut pz de palloze: quod est mediuz inter album z nigruz: z qõ est aliud a sapore agresti ab alio medio sapore: qõ sit mediũ inter amaz z ꝙulce: vtrobiq; n. mediũ z extrema sunt eiusdem generis: sed ꝺ non opz de medijs: que sunt diuersoz generuz: sic aũt est qtitas inter subm z motũ: tã in superioribus q̃ in inferioribus: z iõ rõ non concludit. ¶ Ad 12m dõm: ꝙ ꝼm illos: q dicũt ꝙ locus z vbi: qõ est distinctũ ꝑdicamẽtum a qtitate z a ꝑdicamentis nõ sunt idem locus z motus: z ꝙ dr ꝙ motus z terminus sunt idẽ. dõm: ꝙ veruz est de termino intrinseco ipsi mobili: quasi accipiat in potentia mobilis per motum: sic aũt locus non est terminus motus localis: sed vbi. Si aũt dicatur: ꝙ vbi sit idez q locus: tũc potest dici: ꝙ vbi non est motus vltimus: sed media loca pertrãsit mobile: z vtraq; loca nõ sunt motus qualitercunq; ꝼm ꝙ subiciũt passionibus quãtitatis: que sunt rectum z circulare ꝼm que cõuenit aliqd moueri recte vel circulariter: que qdem passiones ꝼm ꝙ inueniuntur in motu non sunt eedẽ vtrobiq; quia motus inferioz fiunt ꝼm rectũ: sed superioz circulariter. ¶ Ad 13m dõm: ꝙ ꝼz illud: qõ non recipit pegrinas impssiones non bẽat ꝓpriũ nisi distinguendo ꝓpriũ cõtra violentũ: vel repugnans: non tñ opz: ꝙ nõ habeat vbi ꝓpriũ put ꝓpriũ distinguit ɔ cõc: imo potest cõmunicare cuz multis alys: z sic est de celo: ꝙ ꝼz nõ habeat aliquod repugnans bz tñ aliquod cõe cum alys. ¶ Ad 14m dõm: ꝙ ꝼz inferioribus z superioribus non sit esse subale eiusdem rõnis: tamẽ qtum ad esse accidẽtale ẽ in eisdẽ eiusdẽ rõnis eodem modo. ¶ Ad 15m dõm: ꝙ ea que non cõicant in rõne generali in eodem ordine predicabili: et ꝼm ordinem predicamentalem sicut que non cõmunicant in substantia sicut in genere non cõicant in ratione aialis: vel in rõne cozporis: sicut in solutione primi argumẽti dictũ est: illa aũt q̃ cõmunicant in vna rõne subi remoti vel propinqui ꝼm ordinem cause subiectiue bene possunt cõmunicare i vna rõne spãli subi propinqui. ¶ Ad 16m dõm: ꝙ illud verbũ phi. s. qz accidentia conferunt magnã partẽ ad cognoscendũ qõ quid est: intelligit non de oibus accidentibus: que causant a ꝓncipys rei: sed de ꝓpzys: que consequuntur ꝓncipia rei: precipue ꝼm ꝙ ẽ talis speciel: in talibus aũt non cõicant superioza z inferiora cozpora: vt dictum est: sed in alys: vel potest dici: ꝙ accidentia que causantur ex ꝓncipys rei possunt conferre ad cognoscendũ maximã partem qõ qd est rei in generali non in spãli: z illa que conferũt ad cognoscendũ qõ qd ẽ in generali sicut quãtitas cõferũt ad cognoscẽdũ rem aliq̃ inquantũ est cõis possunt esse cõia diuersis subis diuersoz rõnum z nãrum: sed accidentia que conferũt ad cognoscendũ in spãli: illa nõ sunt cõia nec in illis cõicant superioza z inferioza. ¶ Ad 17m dicendũ: ꝙ ꝺyaphanuz celi posse mutari ab igne: vel ab alio cozpore lucido de numero inferioz non est inconueniens: nec ex hoc ſegtur: ꝙ celũ suscipiat peregrinas ímpressiones: z accidentia sibi vel sue nature repugnãtia: qz ex tali alteratione: vel illuminatione non alteratur alteratione: que tendit ad cozruptionem: vel ad q̃litatẽ fozme celi: vel dispositionem sue nature. ¶ Ad 18m dõm: ꝙ quantitati celi rõne qua quantitas non repugnat diuidi: sed rõne mãe cõiuncte: que est incozporalis: z per ꝛns eius totalitas non potest diuidi vel destrui per diuisionem: vnde cõuenienter dr: ꝙ ei cõuenit non posse diuidi per accñs. ¶ Ad 19m dõm: ꝙ ꝼz potentia: que ꝼm se est qtitas celi esset nata recipere diuisionem: ꝼz nunq̃ reducatur ad actuz diuisionis: nõ tñ est frustra: qz tunc dr aliq̃ potentia esse frustra qm potẽtia eius principalr ordinatur ad actũ illuz: ad quem dicit in potentia z non attingit illũ: nunc ístud possibile: ɔ

Nota ꝙ ꝺyaphanũ celi ꝼz istum doctorẽ põt inmutari ab igne vel ab alio cozpe lucido de numero inferiorũ cozporuz.

est qtitas

est quantitas non ordinat̄ principaliter per suā potentiam qua plura respicit ad diuisionē: sed magis ad disponendum materiaz ipsi forme ad hoc: ꝙ subiectum cuius est possit recipere mediāte ipsa qualitates siue nature cōuenientes: ꝛ suis ꝓprijs operationibus: ꝛ lō licz non reducat̄ in actum diuisionis eius potentia: nō tñ est frustra. ¶ Ad 20m dōm: ꝙ lz illud: quod est per accidens non sit perpetuum fm ꝙ est per accidēs: tñ aliqua concurrentia per accīs in q̄tum ambo respiciunt ad 3m possunt esse ꝓpetua: ꝛ sic pz esse in ꝓposito: qz licz q̄titas ꝛ illa natura per quā celū nō potest diuidi concurrant per accidens: tñ respiciunt per se aliqō tertiuz .s. subam celi: ꝛ per cōsequens hic cōueniūt sibi inuicē: dato ēt: ꝙ ipsa suba celi per se: ꝛ imediate esset illa nā per quā sibi repugnat diuidi: tñ adhuc q̄titas ꝛ substātia celi fm ꝙ tales nature ꝛcurrerent per accidēs: ꝛ eadem suba celi fm eandem rōnē als esset subiectuz q̄titatis. ¶ Ad 21m dōm: ꝙ substantie diuersaꝝ nārum non cōicant in accidentibus: q̄ causantur ex ꝓprijs ꝑncipijs eaꝝ: qz si cōicarentur ex illis ꝓprijs: precipue pz ꝙ huius sunt ꝓpria: vel alterius substantie: sicut risibile: qō causatur precipue ex ꝓprijs fm ꝙ homo non cōuenit cū alijs ab hoie: sed illa causant̄ ex ꝓprijs ꝑncipijs diuersaꝝ subarum: nō fm ꝙ ꝓpria: sed fm cōez rōnem: fm ꝙ illa ꝓpria ꝑncipia inueniunt̄ in diuersis possunt eē cōia diuersis subis: ꝛ talia accidētia sunt cōia superioribus ꝛ inferioribus. ¶ Ad 22m dōz: ꝙ lz materia fm se non sit nota. est tñ nota per formā ꝛ nā eius qualis sit innotescit per formā: ꝛ ipsa sic facta nota potest esse ꝑncipium innotescendi composituz alicuius cōpositionis q̄ lz cognitione confusa ꝓius innotescat q̄ mā: tñ mām opz primo cognoscere ad cognitionē perfectā ꝛ expressam cōpositi: ꝛ ideo pōt eē difficilitio per cām mālem. ¶ Ad 23m dōm: ꝙ illud argum deficit in duobus. primo qz quedaz acciā sunt cōioza motu. s. quantitas ꝛ figura: que de necessitate inueniūtur in oī corpore: non aūt motus: cuz ponatur celū empyreum esse imobile: vel saltē nō moueri: quicquid sit de moueri posse: ingsitio deficit: qz dato: ꝙ motus i generali sit cōissimum accidens: nō tñ determinata species motus: puta circularis vel reflexus non est cōissimum accīs: ꝛ ideo lz celum ꝛ inferioza nō cōicent in determinata specie motus: non tñ segtur quin cōicent in alijs accidentibus. ¶ Ad 24m dōm: ꝙ siue dicatur quantitas celi cōi educi de potentia materie celi siue non: illa rō non ꝓbat nisi ꝙ q̄titas celi ꝛ inferioꝝ non sit eiusdem rōnis fm genus cāe materialis: ꝛ precipue vt materia consideratur: nec subm transmutatiōis ad formā: vel receptionis forme. ¶ Ad 25m dōm: ꝙ accidentia: que insunt substantie mediante quantitate possunt esse eiusdem rōnis fm genus cause materialis in vtrisq; precipue fm ꝙ materia est subz forme: ꝛ loq̄ndo de subiecto imediato: nec hoc fuit negatum. ¶ Ad 26m dōm: ꝙ illa non cōicant in subo ꝛ in genere naturali: qō dicit̄ ipsum subm forme: fm ꝙ est subm nō solum forme: sed etiam transmutationis adinuicem ad formā talia sunt adinuicē transmutabilia: nunc aūt figure superiorum ꝛ inferiorum cōicant in subo eiusdē rōnis: qō est q̄titas: fm ꝙ est subm forme: qō est figura: non aūt fm ꝙ est subm transmutatiōis ad formā: qz ad hoc regritur ꝓter quantitates q̄litates actiue ꝛ passiue: in ꝙbus superioza ꝛ inferioza nō cōicant: ꝛ iō non sunt adinuicem transmutabilia: nec opz: ꝙ si cōicant in subiecto forme: ꝙ cōicent in subiecto transmutationis ad formam: sicut dictum est de formis substātialibus in precedenti qōne: qz accīalia ordinantur ad subm ꝛ non eō: ꝛ ideo non talia debent esse accidentia fm ꝙ exigit nā subē fm se considerate: sed fm ꝙ congruit ei in ordine ad subam cuius est: ꝛ ideo lz q̄titati q̄tum est de se natum esset cōuenire: qō transmutaret̄ a figura in figuram: tñ quantitati celi non conuenit ℔ nec congruit: qz hoc nō conuenit substantie celi: ꝓpter quam est eius q̄titas. ¶ Argumētū ad aliā partē concedo. Aliud aūt non bene concludit: ad qō dōm: ꝙ ea que concurrunt ad eundē effectum nec vle ꝛ ꝑticulare agens sicut cōcurrūt celū ꝛ inferioza: non opz ꝙ hēant virtutem eiusdem rōnis: sicut nec eodem modo ad illum effectum concurrunt. Qō. V.

Quinto Querit̄: vtrū oīs transmutatio nālis istoꝝ inferioꝝ reducat̄ in cāz celestē. Et arguit̄ ꝙ nō: qz si ita eēt eadē actio esset a duob⁹ agēt̄ibus: sed hoc est incōueniens. ḡ ꝛc. minor supponit̄. maior ꝓbat̄: qz trāsmutationes: que fiunt hic in inferiozib⁹ saltē q̄tum ad multa hñt cām aliq̄ inferiozē: sicut ignis generat ignē: ꝛ bō boiem: ꝛ sic de alijs. Si ergo tales trāsmutationes cū hoc reduci habeant in cās celestes: segtur ꝙ eadē trāsmutatio: ꝛ per cōs eadē accidētia sint a duobus agentibus. ¶ Sed dicebat: ꝙ nō est incōueniens eandē actionē esse a duobus agentibus: ita tñ ꝙ sit ab vno imediate: ꝛ ab alio mediate: ꝛ sic est in ꝓposito. ¶ Cōtra ꝑ⁹ cā imediatius ꝛ per ꝓius attingit effectū secūde q̄ ipsa cā scōa: cū agat in virtute eius causa secūda: sed corpus celeste cōcurrit in istis inferiozibus: sicut ꝓxima cā in genere corpoꝝ cū cā secūda. ergo corpus celeste agit imediatius q̄ agens iferius: sed agens inferius agit imediate. ergo ꝛ corpus celeste: ꝛ p cōsequens ambo erunt agentia imediata. ¶ Sed dicebat ꝙ corpus celeste agit imediate q̄tum ad virtutem: sed q̄tū ad mediū ꝛ imediationē: que est fm situm tam agēs inferius agit imediate: ꝛ sic vtrūq; agit mediate ꝛ imediate. ¶ Sed cōtra: ordo q cōuenit causis in cōparatione ad effectus est ordo causalitatis: sed ordo fm situ nō pertinet ad ordinem cālitatis. ḡ mediatio ꝛ imediatio: que est fm situm quantitatis nihil facit ad hoc: ꝙ cā dicat̄ mediate vel imediate ordiari ad suū effectum. ¶ ℙ. Sī fm ordinem attenderetur mediatio fm quā cā secūda dr̄ media inter ꝓmā cām ꝛ suū effectū: tūc cū inter deū ꝛ rem aliqō non possit esse mediū fm situm q̄titatis: sequeret̄ ꝙ deus nō ageret aliqd mediāte cā secūda aliquia: sed hoc est falsum. ergo mediatio fm quā dr̄ cā secūda media inter ꝓmā cām ꝛ suum effectū non attendit̄ fm situm q̄titatis. ¶ ℙ. Posita cā sufficienti non opz ponere aliā cām: lz ignis per suū calorē est cā sufficiens calefaciendi. ergo calefactionē que fit per ignē non opz reducere in causam celestem. ¶ Sed ad hoc rādebat ꝑ interemptionez minoris. ¶ Cōtra: celum aut est cā in fieri: aut in esse: nō i cē: qz solus deus est cā per modū dātis esse. ergo relinquitur: ꝙ sit cā in fieri tātū: sed effectus potest esse sine influentia eius: ꝙ est cā infieri tñ. ergo potest actu esse sine influentia celi: sed ignis existens actu est causa sufficiens calefaciendi: qz nō requirit̄ ad hoc: ꝙ agens agat ꝛ passum patiat̄: nisi ꝙ vnū sit in actu ꝛ aliud in potentia. ergo ignis est cā sufficiens calefaciēdi sine celo. ¶ Sed dicebat: qz hēbat ignis formaz in mā non poterat esse cā forme sine celo. ¶ Cōtra: sicut ignis bz formā in mām: ita celū: vt magis ponūt. ergo si celū pōt esse cā forme ꝛ ignis. ¶ ℙ. Scōm ꝑm 7° T.c.28.

metaphisice:simile bz fieri a suo simili: ꝛ ex hoc cõclu
dit ibidem:ꝙ forma:que est in mã est cã forme:ꝛ ẽ in
mã:ꝛ non ydee separate.ergo ex hoc ꝙ ignis bz formã
in mã:non sequit:ꝙ non possit esse cã forme in mã:i-
mo magis oppositũ.¶ ℙ.Unicuiq̃ cõuenit agere ꝑ
ꝙ est actu:sed ista inferiora sunt in actu alicui⁹ forme.
ergo possunt esse cã effectiua alicuius forme.¶ Sz qz
rñdens ponebat ꝙ rõne: ꝙ qz inferiora agunt absq̃ co
gnitione finis:oz ea reducere in cãm agentẽ per cogni-
tionẽ finis:ꝛ per ois in virtutem celestẽ.¶ Contra ℔
arguebatur sic:qz inaiatum non agit per cognitionem
sed vt cõitur ponitur celũ non est aiatũ.ergo reductio:
q̃ fit per virtutem celestem non est reductio in causaz
agentẽ per cognitionẽ finis:ꝛ sic illa ratio nulla erat.
¶ ℙ.Scõz illã rõnem: actionez illoꝝ:que cognoscũt
finẽ nõ oz reducere in virtutẽ celestẽ:sed quedaz sunt
in istis inferioribus:que cognoscũt finẽ ad quẽ tẽdunt
que tñ nãli instinctu mouent:sicut aialia bruta. g̃ ℈m
predicta non opz actionẽ talium reducere in virtutem
celestem:sed ois actio eoꝝ est naturalis:cũ moueat in
stinctu nature:vt dcũ est.ergo ois transmutatio natu
ralis inferiorum nõ reducit in virtutez celestẽ.¶ Cõ
tra aliam rõnem:quam ponebat rñdens:ꝙ oportebat
componere talẽ reductionẽ:qz inferiora habent regi ꝑ
superiora.Cõtra:qz si ita esset semp inferius reduceꝛ ĩ
superius:sicut in cãm.sed hoc est falsum:qz inanima-
ta sunt inferiora aiatis in supioribus:nec tñ in ea redu
cuntur sicut in cãm effectiuam:ꝓut hic loquimur ō cã
ergo illa rõ est nulla.¶ ℙ.Ad principale arguitur sic.
dispositio materie fit per aliq̃ transmutationẽ:sed ta-
lis dispõ non est a virtute celesti. g̃ ꝛc.probatio mino-
ris:qz illud:quod impedit virtutem celi nõ vr eẽ a ce-
lo:qz nulla cã bz impedire suũ effectũ:sz dispositio mãe
q̃q̃ impedit effectum virtutis celestis.ergo non est a
virtute celi.¶ ℙ.Celum aut regulariter mouet ista i-
ferioza per formã corpoream:aut incorporeã:si per cor
poreã:cũ ẽt in istis inferioribus nõ inueniat forma cor
porea:nõ oz:ꝙ eoꝝ motus ꝛ actiones reducant in vir
tutẽ celestẽ:si dicat per formã incorporeã:hoc nõ ꝓt eẽ
qz cuz celum sit corpus non põt esse forma incorporea
virtus celi:ꝛ sic nullo mõ oz ponere regere ista inferio
ra.¶ ℙ.Illud quod est tale per participationẽ opz re
duci in illud:quod est tale per essentiã:ꝛ nõ econuerso: sz
celo cõuenit moueri per participationẽ motus: qz per
essentiam suam nõ mutat:ista aũt inferioza mutant
℈m essentiã.ergo motus istoꝝ inferioꝝ nõ oz reduci ĩ
motũ celestẽ:sed magis econuerso.¶ ℙ.Celũ agit in
ea:que sunt circa nos:nec tñ tãgit ea.ergo non oz celũ
tangere illud in quo agit:cui⁹ oppositũ dixerat rñdens
dicẽdo:ꝙ corpus non agit nisi in illud:qđ tãgit.¶ ℙ.
Celũ ꝛ eius motus cũ habeat vnitatem nõ possunt eẽ
diffozmitatum cã:sed motus istoꝝ inferioꝝ sunt plẽs
diffozmitates.ergo non opz:ꝙ motus istoꝝ inferiorũ
reducãtur in virtutem celestẽ.¶ ℙ.Celũ videt eẽ cã
ĩmediata aialium generatoꝝ exputrefactione: ꝛ tñ ce
lũ non tangit talia:nec mãm de qua generantur. ergo
non opz:ꝙ agens ĩmediatũ in corporibus tangat illud
in quod agit:cuius oppositũ dixerat rñdens.¶ ℙ.Si
cut se bz motoz celi ad intellectũ ꝛ voluntatẽ:ita celuz
ad corpus humanũ:sed motoz celi nihil influit intelle
ctui ꝛ volũtati.ergo nec celũ influit in corpus hũanuz:
ꝛ si sit nulla transmutatio: que fit in corpore humano
cãbitur a deo:ꝛ tñ ibi sunt plẽs trãsmutatões.¶ Sed
dicebat:ꝙ maioz est falsa:qz non oz:ꝙ ita se hẽat mo-
toz celi ad motozem corporis humani:qz magis exten
dit motũ suũ siue mobile q̃ motoz celi suũ.¶ Cõtra:
qz minus excedit intellectus ꝛ voluntas:cuz sint acci-
dentia ex aĩa rõnali vna corpus humanum q̃ intelli-
gentia excedat celũ:sed volũtas ꝛ intellectus sunt mo-
tozes corporis humani:motoz aũt celi est intelligẽtia.
ergo motoz corporis humani non plus excedit suum
mobile:ĩmo minus q̃ motoz celi suuz.¶ ℙ.Sicut se
bz motoz ad motorẽ ita mobile ad mobile:sed iter vl-
timã intelligentiã:que est motoz orbis lune:ꝛ aiaz rõ-
nalẽ:que ẽ motoz corporis humani nõ est aliquod me
dium:qz imediate sequitur in gradu nature vltimam
intelligẽtiã.g̃ inter orbẽ lune ꝛ corpus humanũ nõ est
aliud agẽs mediũ:ꝛ per ois orbis lune agit ĩmediate
in corpus humanũ:ꝛ tñ orbis lune non tangit corp⁹ hu
manum.ergo falsum est:qđ in corporibus agẽs imme
diatũ tangit:cuius oppositũ dixerat rñdens.¶ ℙ.Su
perioz cã plus agit q̃ inferioz sed cãe inferiozes.ꝫ. vir-
tus corpoꝝ inferioꝝ cãnt dispõnẽ cõem accñtalẽ: que
est in corpore humano:siue in ipo boie.ergo celũ:si est
agẽs vltius q̃ inferiora causabit aliqd vltra oẽm talez
dispõnẽ:sed non põt aliqd vltra cãre nisi efficeret for-
mã subalem.ꝫ.aiam rõnalem. g̃ ꝛ celũ cuz sit cã vlioz
istis inferioribus erit cã aie rõnalis: qđ est icõueniẽs.
Incõueniẽs est ꝛ ponere celum esse causam vlem om
niũ trãsmutationũ exĩtium nãlium in inferioribus.
¶ ℙ.In oi actione intendit ꝑncipalr introductio ꝑn
cipalis agẽtis.Si g̃ celum est ꝑncipale agẽs i oi actiõe
inferioꝝ.g̃ in oibus actionibus in istis inferioribus in
tendet ꝑncipalr introductio forme celestis:b aũt ẽ in
conueniens.ergo ꝛc.¶ ℙ.Effectus nobiliozis cãe non
oz reduci in cãm minus nobilẽ:sed ea q̃ ꝓsequunt aĩa
ta inq̃tũ aiata sunt nobiliozis cãe q̃ sit virtus celestis
cũ sint effectus aĩe:q̃ est nobilioz q̃ virtus celestis: cuz
celũ ponat in esse inaiatuz. g̃ nec ea q̃ ꝓsequunt corpa
aiata:nec ea que hñt fieri a q̃cunq̃ alia vtute inferioꝝ
corpoꝝ hñt reduci in virtutẽ celestẽ.¶ Sed dicebat:
ꝙ celũ est instrm nobiliozis cãe q̃ sit aĩa.ꝫ.intelligẽtia
que est cã principalis eoꝝ:q̃ hic fiũt a celo.¶ Cõtra:il
lud qđ nõ facit nisi applicãdo localiter illud:qđ bz vtu
tẽ actiuã nõ est ꝑncipale agẽs in agẽdo sicut ille: g̃ ap-
plicat ignẽ ad mãm nõ est ꝑncipale in calefaciẽdo:sed
intelligẽtia nihil facit nisi applicãdo ptes celi:que hñt
virtutẽ alteratiuã ad alterandũ diuersa alterabilia. g̃
respectu effectus celi nõ est cã ꝑncipalis intelligentia.
¶ ℙ.Nõ põt aliqđ corpus distãs alterari ab alio cor
pore distante.Sz orbes celestes:que sunt inter ista ife
rioza:ꝛ orbes supiores non possunt alterari a supioribꝰ
orbibꝰ cũ non possint calefieri vel frigefieri.g̃ ista infe
riora nõ possunt trãsmutari saltẽ ab orbibus inferioꝛi
bus.¶ ℙ.Quanto vnũqđq̃z recedit a simlitudine ꝑmi
agentis:qđ est deus:tũc est minus actiuum:sed corpus
celeste maxime recedit a similitudine ꝑmi agẽtis:cũ
sit illud simplex:hoc vero cõpositũ.g̃ minime est acti-
uum:ꝛ ex hoc segtur:ꝙ q̃to aliqd est maius corpus tã
to minus actiuũ:sed corpus celeste est maximũ.g̃ ẽ mi
nime actiuũ.g̃ actio inferioꝝ nõ oz reduci in ipm:sed
magis eꝰ.¶ ℙ.Lumẽ nõ bz esse reale in medio: sed
tñ intentionale:sed illud:qđ bz eẽ tñ intẽtionale non
põt eẽ cã realis transmutationis in istis inferioribus.
¶ ℙ.Cũ celũ circũdet oia inferiora ꝛ cõtineat effectũ
celi oz esse gnãlis ad oẽm regionẽ corpoꝝ: sed quedaz
sunt spãles influentie regione determinata.sicut pz ꝑ-
ticulares ꝛ multa ọnãlia.g̃ tales effectus nõ sunt a ce-
lo.¶ ℙ.Per se nõ bz reduci ad per accñs: sed magis
econuerso:sed motus conuenit inferioribus ꝑ se corpo

ribus

ribus aũt celestibus p accns cũ nõ sint in loco spãliter q̃tũ ad vltimã speram p se: nec per ons mouent loca/liter p se. ergo motus inferiorũ nõ oz reduci in corpora vel in motus corp: sed potius econuerso. ¶ P. Illud qõ est cã p se corruptionis nõ est cã p se gnãtiõis. Sz motus fm pbz. 4. phisi. est cã corruptionis p se. g̃ tc. sed celũ est h̃: qz cãt p motũ. g̃ celũ nõ est cã gnãtiõis istorũ inferiorũ: t per ons est cã trãsmutationis.

T. c. 127.

A principio vsq; ad textũ có. 52.

Cõtra Probat. 8. phi. q oz oẽs motũ t mutatio nẽ istorũ inferiorũ reduci in motus celestẽ.

sed ꝑm suam pbī in scōo ccli. ⁊ Cōmētato. in secundo metaphi. impossibile est aliquid frustra eē in natura: quare cum ex premissis concessuz sit accidentia posse inueniri in rerum nā ꝑm esse remissum: opz de necessitate dicere: ꝙ ipsa ꝓprias ⁊ si non perfectas remissas habeat actiones: alias enim essent frustra: quod est impossibile. Qñ ergo dicit ꝙ nihil agit nisi ꝑm ꝙ est actu dicenduz: ꝙ qualitates elementoꝝ sunt in mixto ꝑm actum remissum: ⁊ ita remisse possunt agere. Qñ aūt dicit: ꝙ mixtum mouetur ꝑm predominans elemētū: dicendū: ꝙ lz ī mixto ela reducanť ad mediū: tñ illud mediū nō est indiuisibile: sed bz quandā latitudinem sicut ⁊ equalitas humoꝝ respectu sanitatis: ⁊ ita pōt ī mixto alteꝝ elemētoꝝ aliqualr predñari: nec est instā tia: ꝙ ela nō sunt in actu: lz. n. ꝓdñans nō sit actu ī mixto: tñ qz per suā actionē plus disposuit mām ad similitudinē sue forme q̄ aliud: ideo illa forma: que postea ī troducta ꝺtinet ela virtute: segtur in accīb⁹ cuiusmodi sunt grauitas vel leuitas ⁊ similia: magis nām vnius elemēti q̄ alterius: nec potest fieri istātia: qz hmōi accīa ín mixto non sunt sub actualitatibus ꝓprijs: sed sub vna actualitate qualitatis ſymbole: que qualitas mixti appellatur: vt supra oīsum est: ⁊ ita nō poterunt diuersas ⁊ ōrias actiones hře. Nam manifestū ē ꝙ accidētia sicut enitatem trahunt a suba: ita ⁊ operādi virtutē. Inueniunť aūt quedā forme subales: que sūt pauce virtutuz: eo ꝙ sunt ꝺstitutiue alicuius nāe ignobilis ⁊ simplicis: cuiusmodi sunt nāe vel forme elozuz: ⁊ ideo ad istas tales non cōsequunť de accītibus: nisi altera pars ōrietatis tñ: sicut videmus: ꝙ ignē ꝺsequiť sola caliditas ⁊ non frigiditas: ⁊ aquam sola frigiditas ⁊ non caliditas: ⁊ ideo si per aliquod accidens in aquā inducceretur calor: ille calor nō ageret in virtute forme substātialis aque: sed alterius agentis: eo ꝙ forma aq̄ cum sit vnius simplicis ⁊ ignobilis virtutis: sicut nō pt cōferre virtutē eēndi nisi alterī pti ōrietatis: ita nec vtutē opandi. Quedā aūt foꝝ sunt multarū vtutū: eo ꝙ sūt ꝺstitutiue alicuí⁹ nāe nobilis cū sūt nāe mixtoꝝ ⁊ aiatoꝝ: ⁊ ideo ad tales subas seu formas ꝺsequitur de accidētibus vtraq; pars ōrietatis sicut ad formā mixti oīa accīa elemētoꝝ ꝺsequunť: puta calidū ⁊ frigidū siccū ⁊ humidū: ita tñ ꝙ qz ōria non possunt simul eē ꝑm actū perfectū: oz vt mixtū: cui⁹ accīa cū sint ōria ꝺsequunť ꝑm eē remissum: qđ alio noīe ðř eē mixtionis. Manifestū est aūt: ꝙ ab eodē pōt cōferri agēdi vtus qđ pōt ꝺferre virtutē essendi. Quare sicut ī simplícibus ex virtute subalis forme ꝺferť vni q̄litatī ⁊ virtus essendi ꝑm actū ꝓfectum ⁊ virtus operandi: ita in mixtis ēt vnius nobilis forme subalis vtute poterit cōferri diuersis accītibus ⁊ ōrys virtus essendi remisse tñ: ⁊ ꝙ ꝺñs virtus agēdi: ita. ſ. vt sicut per vnū eē subale forme ignobilis vna cābať qualitas ⁊ vna actio: ita ꝙ vnū eē subale forme nobilioris ⁊ diuersa causent accidentia: ⁊ cōferať eis nihilominus virtus hūdi diuersas ⁊ ōrias actiōes: nā ⁊ ꝑm pbī sniam virtus q̄to magis est vnitas ⁊ nobilis tanto ad pl̄a se extēdit. Et ꝓ hꝫ ꝓz solutio ad vnū. Est. n. ibi ōrietas qualitatū: lz. n. illa qualitas sit vna. est tñ ex diuersis cōmixta: vt supra dictū est: pōt. n. hře ōrias actiones: vt ꝓz ex imediate iaz dictis. Uel dōm ꝑm ꝙ qdam rūdent: ꝙ. ſ. in illa qualitate sunt diuerse ⁊ ōrie virtutes. Et si dicať: ꝙ nihil corrūpit seipsūm: dōm ꝑm eos: ꝙ sicut motus est ꝑncipiū: ꝓp qđ de necessitate mouenť: ita in mixto sunt ꝑncipia corruptionis. ſ. hꝫ virtutes ōrie: sed tñ corruptio ē a celo: qđ intendit hoc corrūpere ⁊ illud generare: sed tñ ꝑ ma solutio magis vř saluare mixtionis nāz. ¶ Ad 6m dōm: ꝙ dato ꝙ sit oīmoda eq̄litas adhuc vnū aget ī alteꝝ: cū vnū sit actiuū vel passiuū respectu alterius: si militer ēt si nō sit oīmoda equalitas: dūmō alteꝝ non sit oīno supuincens: adhuc erit mutua actio ⁊ mutatio in tertiū in quo oīa ꝛincbunť virtute. Nā sicut dcm ē mediū mixtiōis nō est indiuisibile: sed hꝫ q̄dā latitudinē. ¶ Ad 7m dōm: ꝙ ela fiunt ex mixtis: ⁊ mixta ex elis: ⁊ tñ mixta nō habent rōnem elementi. Nam ad rōnē eleméti ꝑm ꝓbm requirunť tria. Et primo vt sibi ꝑ ⁊ per se ꝺueniat rō elementi: ⁊ non per accīs: seu ꝙ aliquod aliud: ſi. n. rō eli conueniret alicui secūdario: vel per accīs siue per aliquid aliud: illud nō posset vere dici el'm: sicut domus non ðř esse elemētum laterū: lz per destructionē domus lateres fiant ex domo: nam hoc ꝙ lateres fiant ex ipsa non conuenit domui ꝑmo: sed secūdario. primo. n. opz: ꝙ preintelligať domus fieri ex lateribus anteq̄ lateres fiāt ex domo. Silr etiam hoc nō conuenit domui per se: sed per accīs solū: non enim ꝺuenit domui ꝙ ex ipsa fiant lateres: nisi in q̄tū ipsa ꝑ est cōstituta ex lateribus: vñ rō eli ꝓprie conuenit laterib⁹ ⁊ non domui nisi ꝙ accīs. Scōo requiriť ad rōnem eli vt aliquid fiat ex eo imediate. Naz lz cum pruz fiat ex aqua vel terra: tñ terra non ðř esse elemētū phyale cupree: eo ꝙ phyala nō fit ex terra vel aq̄ tā q̄ ex primo ⁊ imediato principio: sed tā q̄ ex remoto imediate āt fit ex ere. Tertio requiritur vt maneat ī re facta: quod dicitur ꝓpter priuationē ⁊ ōrium: que non manet in re facta: ⁊ hoc est quod dicit pbs in. 5. metaphi. ꝙ elemētum est ex quo aliquid fit primo cū insit. Hec aūt tria cōueniūt gdē elemētis quatuoz: vt per se ꝓz: non aūt conueniūt mixtis: nā lz ela ꝙ resolutionez fiāt ex mixtis: tñ nec fiunt ex eis imediate: lz per multas generationes ⁊ corruptiōes: neq; ꝙ se: sed per aliud qz elemēta non fiunt ex mixtis: nisi qz mixta ꝑmo fuerant constituta ex elis. neq; manēt in eis. Ridiculum eni est dicere: ꝙ mixta maneant in quolibet elemētorum: qđ per resolutionem generať ex mixto. Et hec de mixtione dicta sufficiant. Qō. XVI. T.c.50.⁊.59 cōmē.ꝑ. E.c.32. E.c.4.

Ꝺ secundum

sic ꝓceditur. Uidet ꝙ forma substantialis non vniať imediate materie prime. Illud enim quo mediāte aliquid est in potentia ad aliud videtur esse medium vnionis illoꝝ: sed materia prima non est in potentia ad formas mixtoꝝ

mas mixtoꝝ nisi mediantib⁹ formis elementoꝝ. ergo forma non vnitur imediate materie prime ad minus i mixtis: sed mediãtibus elemẽtaribus formis. ¶ Ꝑ. Cum materia sit vna oium generabiliuꝫ ⁊ corruptibiliu: impossibile est ꝙ diuerse forme habeãt diuersas materias nisi mã diuidaꝫ in diuersas partes. sed diuisio non põt intelligi in mã: nisi per dimẽsiones: q̃ sunt diuisionis ꝓncipiuꝫ ergo forma nõ poterit mãe vniri nisi mediãtib⁹ dispõnibus quantitatis. ¶ Ꝑ. Nã nihil operaꝫ frustra: sed si ois forma vnireꝫ imediate mãe pme: tunc frustra fuissent oes forme ⁊ dispões precedentes. quare cũ ℔ sit impole vr ꝙ forma nõ imediate vniaꝫ mãe. ¶ Ꝑ. Si ois forma sic vnireꝫ mãe: seq̃reꝫ ꝙ oes res nihil sit aliud q̃ nuda prima mã cũ forma: ⁊ ita vna res nõ erit magis cõposita q̃ alia ꝙ ẽ cõtra sensum. ¶ Ꝑ. aut mã cui vniꝫ forma est disposita aut nõ: si nõ. ergo forma vnitur mãe indisposite: ⁊ ita qõlꝫ poterit fieri ex quolꝫ absq̃ aliq̃ alteratiõe. si autẽ est disposita. ꝙ vnitur ei ad min⁹ mediãtib⁹ dispõnib⁹.

T. c. 15. 2° de aia T. cõ. 7

In cõtrariuꝫ ẽ. qz phs exꝑsse dic̃. i. 8° meta. ꝙ forma imediate vnitur materie. ⁊ in lib. de aĩa dicit: ꝙ nõ opꝫ querere inter materiaꝫ ⁊ formã mediũ: nisi sicut inter ceraꝫ ⁊ figam. ¶ Ꝑ. Per ℔ forma codꝫ modo vnitur mãe: per qõ vel ℈m ꝙ mã est in potẽtia ad formã. sed sicut ꝓbatum est in scõo libo. sume nãlis phie: mã ꝓpria cũ sit oino simplex nõ est in potẽtia ad formã per aliquã potẽtiam: que sit aliud a substantia sua. ergo forma ipsi essentie materie imediate vnitur.

Respondeo dõm: ꝙ cuꝫ mã in se cõsiderata sit potẽtia tñ: nec fiat actu suba nisi per formaꝫ substãtialẽ: necesse ẽ ꝙ ois forma substantialis imediate ipsi essentie prime mãe vniaꝫ. Ita vt nulla forma: neq̃ substãtialis: neq̃ accidẽtalis intelligatur posse esse mediũ vnionis. Et hoc quidẽ de formis elemẽtoꝝ in ꝓcedẽti qõe sufficiẽter ostẽsuꝫ ẽ. De alys autẽ formis. ꝙ videlꝫ nulla carũ siue substãtialiꝫ siue accidẽtalis possit in tali vnione media inueniri potest multipliciter ostẽdi. ¶ Primo ex fundamento ⁊ radice ipsius vnionis: qñcũq̃ eniꝫ aliqua cõditio in q̃cũq̃ genere cõuenit aliquib⁹ per aliud: opꝫ vt ei per se: ⁊ ꝓmo ⁊ imediate ꝛueniat: ex cuius participatione ad oĩa alia deriuatur. sed in genere vnionis seu vnibiliuꝫ ita est: ꝙ nihil in nãlibus est vnibile alicui: nisi inquantuꝫ est in potẽtia ad illud: ꝓpter qõd dicit phs in. 7° metaphy. ꝙ actus ℔ separare: ⁊ ꝙ ex duob⁹ exist̃tib⁹ actu impole est fieri aliquid vnũ. Illud ergo ꝙ est pura potẽtia: oꝫ esse per se ⁊ imediate vnibile suo actui: huiꝰ autẽ est mã prima: quare opꝫ vt ipa per suã essentiã nullo alio mediante vniatur ipsi forme ⁊ ecõuerso. ¶ Secundo põt ℔ ostẽdi ex rõne oppõnis. Aut. n. aliqua forma substãtialis imediate vnitur mãe prime: aut nulla: si nulla. ergo mã ꝓma nũq̃ poterit reduci in actuꝫ. cuꝫ ℔ nõ fiat nisi per formã: sil'r etiã sequeꝫ ꝙ ex mã ⁊ forma nũq̃ fiat aliquid essential'r vnum: qz quorũ est vna eẽntia: illa imediate oꝫ esse ꝛiuncta. ¶ Et ꝓterea si forꝫ subalis vniꝫ mãe mediãte forꝫ accñtali oꝫ vt illa forꝫ accñtalis sit mãe cẽntial'r vnita: ⁊ ẽt ipsi forme subali: sed q̃ eẽntial'r vniunt̃. ostituũt vnã essentiã: q̃re sequeꝫ: ꝙ essentia sube sit cõposita ex suba ⁊ accidẽte: ꝙ est impole. Si autẽ dicaꝫ ꝙ aliqua forma imediate vnitur mãe ꝓme: iam hẽo ꝓpositũ. Naꝫ eadẽ rõ est de oĩb⁹ formis quãtũ ad ℔ ꝙ est reducere mãꝫ in actũ cũ ois forma subalis det esse substãtiale: ⁊ per esse substãtiale mã fiat ens in actu. ¶ Tertio ex nã ipsius forme mediãtis. Nã si forma vnitur mãe mediãte aliqua alia forma: opꝫ vt ꝓ vniaꝫ illi forme medie. Sed forma nõ vniꝫ alicui nisi per modũ informãtis ⁊ dãtis cc; quare sequitur ꝙ illa media forma recipiet esse illi⁹ vltime forme: ⁊ ꝙ informabit ab ea: ex quo sequunt̃ duo icõuenientia: ⁊ primo qz forme erit forma. scõo ꝙ illa media forma: puta corporeitas: ex quo recipit cẽ vltie forme: puta aie. poterit dici aiata: ⁊ per ꝛõns cũ oe aiatũ tali aĩa possit dici aial sequitur ꝙ corporeitas illa sit aĩal ⁊ vlteri⁹ ꝙ mã illa nõ sit de cẽntia aĩalis: quc oia sunt impolia. ¶ Quarto qz pp qõ vnũqõq; ⁊ illõ magis. si ergo forma subalis vltima vnitur mãe mediãte aliq̃ forma: sequitur ꝙ multo magis vniaꝫ illi forme medie. sed duas formas subales vniri adinuicẽ eẽntiali vnione est impole: q̃re ⁊ impole erit illã mediã formã eẽntialiter vnitã esse mãe: ⁊ ita sequeꝫ ꝙ nulla forma nec ꝓma nec vltia sit mãe eẽntial'r vnita. ac per ℔ ꝙ nihil sit eẽntial'r vnũ: neq̃ simpl'r ens: sed solũ ens ℈ gd: cũ ens ⁊ vnum ꝛuertant̃. ¶ Probatio autẽ medie est: qz ad oẽs formã subalẽ ꝛequiꝝ esse subale. esse autẽ subale est actualitas simplex nihil hñs de admixtiõe potẽtie: q̃re si sint due forme subales: illaruꝫ erũt due actualitates: quoꝝ autẽ sue due actualitates: illa neõio sunt duo in actu: ꝙ autẽ aliqua sint duo actual'r: ⁊ ꝙ sint vnum eẽntial'r iplicat cõtradictionẽ: q̃re impole est duas formas subales adiuicẽ eẽntialẽ vnionẽ hre. ¶ Quito ex nã ifinitatis. si. n. iter mãꝫ ꝓmã ⁊ formã vltimã cadat aliqd mediũ: tunc aut illud erit forma aut mã: aut esse Oz autẽ neq̃ mã neq̃ esse possit poni mediũ talis vnionis per se pꝫ. qz nec esse separaꝫ a forma: nec vni⁹ rei ẽ duplex mã. Si autẽ dicaꝫ ꝙ illõ mediũ sit forma: tũc aut subalis aut accidẽtalis: si subalis: tũc quero iteruꝫ de illa media forma. vtꝫ. s. imediate vniaꝫ mãe ꝓme aut nõ: ⁊ sic vel erit abire in ifinitũ: ꝙ est ipole: vel erit deuenire ad aliquã formã subalẽ. q̃ imediate vnietur mãe ꝓme. Si autẽ illa forma media sit accidẽtalis: tũc cũ subm forme accidẽtalis nõ sit nisi suba in actu: vel oportebit dicere ꝙ mã in se cõsiderata absq; oi forma sit ens actu: vel ꝙ in illa mã ꝓexistat aliq̃ alia subalis forma: ꝙ si ꝛecdaꝫ: q̃rã iteꝫ de illa: vtrũ mediate vl' imediate sibi illa forma vniaꝫ: ⁊ sic in infinitũ. Quare cũ oia ℔ sint ipolia: meli⁹ est stare in ꝓ: vt dicaꝫ ꝙ nihl' est mediũ iter mãꝫ ⁊ formã. ¶ Sexto ex vtute principij informãtis. Si. n. dicaꝫ ꝙ inter formas vltia forma vniaꝫ ꝓme mãe mediãtib⁹ ꝓcedẽtib⁹ formis: puta aia sensitiua mediãte forma corpeitatis ⁊ forma carnis. ⁊ hõ. ſz si ipsa ꝓ forma. s. forma corpeitatis: vel q̃cũq̃ sit illa vniaꝫ prie mãe imediate: vt gdaꝫ dicere volũt sequunt̃ multa impolia. Manifestuꝫ est. n. ꝙ quãto ꝓncipiũ seu cã est vtuosioꝛ. tãto magis põt sibi assimilare patiẽs: sicut si medic⁹ ignis põt aligd potẽtia calidũ reducere in actũ caloris: multo forti⁹ maioꝛ ignis poterit ℔ facere. sed ℈ data a tenẽtib⁹ ꝛriã põnez forma corporeitatis: que est iperfectissima forma ꝛ. põt ipsaꝫ ꝓmã mãꝫ: nullo alio mediãte: in actũ reducere. ergo multo fortius forma perfectioꝛ. s. aĩa ℔ idẽ poterit facere per seipsaꝫ. ¶ Ꝑ. Lꝫ vna forma substantialis differat ab alia: ℈ ꝙ vna hꝫ plures ⁊ nobiliores vtutes q̃ alia: tñ in ℔ oes forme nãles cõueniunt: ꝙ. s. ℈m suã essentiaꝫ quelꝫ ea ꝛ est actus tñ: ſz nulla forma substãtialis vnitur mãe nisi per essentiã: ergo qua rõne ꝓma forma ꝑt vniri imediate ꝓme mãe. cadẽ rõne ⁊ vltima: cũ nõ fiat vnio rõne alicuius perfectiõis vel nobilitatis scõe: sed rõne essentie: eo ꝙ secũde pfectiones presupponũt primã. ¶ Septio ex rõne essentialis vnionis. Si eniꝫ

anima vnitur mãe ꝑme mediãte forma corporeitatis: tunc aut iter alias ⁊ corporeitatẽ illã est vnio ẽntialis aut accidẽtalis: si ẽssentialis ergo nũq̃ poterũt abinuicem recedere nisi p corruptionẽ vtriusq; si vtraq; sit corporalis. vel alteri⁹ tm̃. si vna sit īcorporalis: quare post separationẽ anie a mã equi nũq̃ ibi remanebit corporeitas: q̃ est contra tenẽtes hãc põnẽ. Si aũt accidentalis sequitur q̃ ẽt accidẽtaliter ille forme vnianꝫ mãe: ⁊ ita totum erit vnũ per accidẽs. Nã que sũt vnum accidẽtaliter inter se: nõ possunt esse tertio essentialiter vnũ ꝑm philosophũ. ¶ Octauo ex conditione corporeitatis. Si enim dicatur q̃ forma vltia vnitur ꝑme mãe mediãte forma corporeitatis: tũc aut corporeitas est eadẽ spẽi in oĩbus puta in aere corrupto ⁊ in igne generato ex aere: vel in elemẽtis: ⁊ īmixto ex elemẽtis: aut no: si est eiusdẽ spẽi aut ex mã costituet corpus mathematicũ: ⁊ hoc est ipossibile: q̃ tũc illa forma nõ eẽt nãlis: sed mathematica: aut costituet corp⁹ nãle: ⁊ tunc oportebit neꝯio: q̃ illud corpus sit actu affectũ qualitatibus actiuis ⁊ passiuis. Uel si hoc nolint ꝯcedere ad min⁹ opꝫ dicere q̃ nõ cõstituat corpus viuũ: alias oĩa corpora essent viua ⁊ aniata. Adueniẽte ergo ania vegetatiua vel sensitiua: aut manet idẽ corpus q̃ prius: aut nõ: sed corrũpit̃ illa corporeitas. Si corrũpitur. ergo oĩa superueniẽs inuenit mãz prima nudã: ⁊ per cõs sibi īmediate vnitur. si aũt non corrũpitur: sed potius manet ibi eadẽ forma corporeitatis: opꝫ q̃ maneat ibi idẽ esse q̃ cãbatur a forma illa sed illa forma vt dictũ est cõstituebat corpus nõ viuũ. ergo etiã post ītroductionẽ aie manet nõ viuũ. Sed p aiã illud corpus efficitur viuũ. ergo manẽte nõ viuo efficitur viuũ. q̃ est impossibile: sicut q̃ albũ fiat nigrũ manens albũ: ⁊ q̃ frigidũ fiat calidum manẽs frigidum. ¶ Et pterea si est eiusdẽ spẽi forma corporeitatis in oĩbus: aut est forma accidẽtalis: aut substãlis. si accidentalis. ergo accidẽs precedit substãz in actu q̃ est impossibile. si substãlis cũ oĩs forma substãlis: ẽt quãtũcunq; imperfecta ꝑm suã substãz sit actus: vt supra ostẽsum est. actus autẽ formaliter diungi potẽtie impossibile sit: q̃n det eẽ actu sicut albedinẽ impossibile est dẽũ: subiecto formaliter: quin faciat ipsum actu albũ: oportebit q̃ ipa faciat mãz illã actu corpus: ⁊ cũ corp⁹ phicus esse nõ possit: q̃n in ipso sint cõtrarietates actiuaꝝ ⁊ passiuaꝝ qualitatum: oportebit q̃ ipm sit talib⁹ q̃litatib⁹ affectũ: ⁊ ita per cõs aduenies vnietur corpori existẽti in actu: sed de hoc inconueniẽti nõ sit cura ad ꝓsens. ¶ His ergo sic suppositis queraꝫ vtrũ illa corporeitas sit eadẽ spẽ cũ oĩbus formis rerũ nãlium substãlium. Si dicaꝫ q̃ sic. sequet̃ q̃ duo vel plures forme eiusdẽ spẽi sint in eadẽ mã q̃ est impossibile: puta due albedines vel due rubedines. Sequitur etiã q̃ frustra sit alia forma inducta in mãz cũ nõ sit alia ab ea nisi in numero: ⁊ vlteri⁹ q̃ ipsa vltima nõ det aliquã aliã essentialẽ perfectionẽ nisi corporeitatẽ: q̃ forme eiusdẽ spẽi: ⁊ diuerse numero cũdẽ effectum substãlem cãnt. Sequitur ẽt vlterius q̃ sicut corporeitas vniebatur īmediate ꝑme mãe: ita ⁊ forma vltima: cuius sit eiusdẽ spẽi: que oĩa sunt impossibia. Si aũt dicaꝫ q̃ nõ sint eiusdẽ spẽi: tũc cũ diuerse forme spẽi accipianꝫ penes oppositas dẽias formales: sicut ꝓbatum est de rõnali ⁊ irrõnali: ⁊ homine ⁊ asino: ⁊ ad oppositas formas vel quocũq; modo spẽ diuersas regrantur necessario diuerse cõtrarietates: ⁊ diuerse ꝓportiões qualitatũ in mã: sicut videmus q̃ forma ignis regrit calidũ ⁊ siccũ in excessu: ⁊ forma aeris calidũ ⁊ humidũ tẽperatũ: oportebit q̃ si superueniẽtib⁹ formis substãlib⁹ mãe: q̃ sint ibi diuerse ꝓportiões ⁊ dietates in mã: vt puta q̃ aduenieẽte forma ignis: sit ibi calidũ ⁊ siccũ in excessu: ⁊ si forma corporeitatis ibi maneat aduenieẽte tali forma: ex quo forma corporeitatis nõ est eiusdẽ spẽi: oportebit q̃ sint ibi diuerse ⁊ oppositedietates ⁊ ꝓportiões qualitatũ ꝓ exigẽtiã illi⁹ forme: que est corporeitas: ac per hoc erunt oppositedietates ⁊ ꝓportiões qualitatũ in eodẽ: ita q̃ eadẽ mã: que est tẽperate calida ⁊ humida: eo q̃ talez disponez exigat forma corporeitatis. Hoc enim modo ḡ extra supponatur: ⁊ postea aduenieẽte forma ignis fiat in excessu calida ⁊ sicca: ⁊ ita vna ⁊ eadẽ mã seu res sit erit ⁊ calida ⁊ humida tẽperate: ⁊ calida ⁊ sicca in excessu: que oĩa manifestã cõtinẽt falsitatẽ. Neq; enim pot dici: q̃ maneat forma corporeitatis ⁊ corrũpãt dietates ⁊ qualitates cã põnites: eo q̃ impossibile est formã ꝓ eẽ phicum remanere in mã corruptis ꝓprijs dispõnib⁹. Unde vel opꝫ dicere q̃ forma corporeitatis corrũpat ⁊ ita vltia forma īmediate vniaꝫ ꝑme mãe: vl q̃ eidẽ mãe sint oppositedietates: vt dictũ est. Ex quo ꝓz q̃ nullo mõ pot dici q̃ forma vniaꝫ mãe ꝑme mediante corporeitate: si corporeitas sit eadẽ spẽi in oĩbus ⁊ ingenerato ⁊ icorrupto. ¶ Et ꝓterea si dicaꝫ q̃ forma corporeitatis nõ sit eadẽ spẽi in oĩbus: sed diuersa in diuersis: tunc aũt forma corporeitatis erit eadẽ spẽ cum forma vltia subali: aut diuersa. si eadẽ sequunt̃ inconueniẽtia superi⁹ tacta. s. q̃ due forme eiusdẽ spẽi sint in eodẽ subiecto: ⁊ q̃ frustra īducta fuerit vltia forma cũ pri⁹ esset ibi alia eadẽ spẽ. si aũt sint diuerse spẽi: forma corporeitatis ⁊ vltia forma subalis: tunc aut ītroducit̃ aũ aduentũ forme subalis: aut post: aut sil. si ante: puta q̃ qñ ex aere generat̃ ignis corporeitas ignis ītroducat̃ ante aduentũ forme ignis: tũc ad ītroductionẽ tal̃ corporeitatis: aut cedit forma aeris: aut non: si corrũpit̃. ḡ mã aliqñ erit sub corporeitatis forma solũ: ita q̃ nulla alia: q̃ etiã ipsi q̃ tenẽt hãc positionẽ reputãt impossibile: silr ẽt sequitur q̃ sit aliqd completus actu subsistens in nã: ⁊ hoc aliqd: ⁊ per cõs: q̃ nullaz aliã formam substãtialẽ possit recipere: hoc enim oẽs cõcedũt esse ipossibile. s. q̃ aliquid per se subsistẽs nõ corruptũ in aliaz spẽm trãseat: vel ad eius veniat cõpõnez. ¶ Si autez dicaꝫ q̃ manet forma aeris. tunc manebit ẽt corporeitas conueniens forme aeris: ⁊ ita erũt ibi due forme corporeitatis: ⁊ due corporeitates. s. aeris ⁊ ignis: q̃ est impossibile: eo q̃ vel ambe vnirent̃ īmediate mãe ꝑme: q̃ nõ est intelligibile vel vna mediãte alia: ⁊ tũc sequerent̃ incõuenientia suppõita: ⁊ q̃ sic essent duo corpora in eodẽ loco: que oĩa sunt absurda. ¶ Si aũt dicaꝫ q̃ forma illa corporeitatis introducat̃ sil cum vltima forma substantiali: cum iste forme sint diuerse specie: vt dictum est: sequetur q̃ vnus motus numero in vno ⁊ eodez instanti terminet̃ ad diuersas formas specie q̃ est oĩno impossibile. ¶ Si autez dicatur q̃ illa corporeitatis forma introducatur post introductionẽ forme substãtialis: sequetur primo: q̃ cum corporeitas ꝓz istos nõ sit nisi a forma corporeitatis: ⁊ esse substãtiale puta viuum vel animatũ sit ab anima: q̃ sit aliquãdo homo sine corporeitate aliqua: ⁊ sine carnibus ⁊ ossib⁹ q̃ a seculis non est auditum. Relinquitur ergo q̃ forma vltima nõ vniatur materie prime mediãte corporeitatẽ: ⁊ q̃ ipsa corporeitas ꝑm q̃ dicit substantiam ⁊ corporeitatem phycã: nõ sit nisi ab vna ⁊ eadem forma: que dat etiaz vltimuz ⁊ completum esse substantiale. ¶ Ultimo potest ostendi q̃ nõ solum nulla substantialis forma potest esse medium in tali vnione: verum etiaz vlr q̃ nulla dispositio seu accidens aliquod vel aliquid simile accidenti: ⁊ hoc ex natura esse substan

tialis

tialis. Nam cuꝫ materia nō fiat actu ens nisi per esse substātiale. esse aūt substantiale non sit nisi a substantiali forma: impossibile est ꝙ aliquod accidens in materia precedat ipsam substantialē formā: ꝙ sit mediū in ipsa vnione. alias sequeretur ꝙ nō ens cēt subiectū accidentiū: & ꝙ materia ante esset accidentalibus formis affecta q̄ esset: vel rationē entis haberet: ꝙ est impossibile. Quare simpliciter dicendū est ꝑm sentētiaꝫ glorioſi doctoris sancti Thome de aquino: ꝙ & si aliq̄ dispositiones precedāt in materia formā substantialē: qz tn̄ ille sunt imperfecte: nec sunt inducte vt sint: ſz vt disponant ad esse aduenīēte forma perfecta & vltima. oēs necessario cedunt & corrūpūtur: ita ꝙ ipsa vltima forma virtute in se contīnēs oēs illas: que precesserūt per modum dispositionū imediate: nulla. s. forma substantiali media: nec mediante aliqua dispositione: vel aliquo accidente: sed per suā essentiā essentie p̄me mō essentialiter & imediate coniungitur: sicut cera figure. ¶ Ad primuꝫ dicendū: ꝙ materia prima de se nullaꝫ habet perfectionē vel actum: sed quātuꝫ est de se ē ad oēs in potētia. Actus autez siue perfectio in ipsa materia causatur a forma: & ideo cū ꝑm naturā minus perfectum includatur in magis perfecto quātuꝫ ad id qō perfectionis est in eo: sicut parua lux in magna: & pars in toto: inde est: ꝙ ꝑm naturā nūq̄ aliquod perfectibile potest recipere maiorez perfectionē: quin ēt recipiat minorez. Minoris autem perfectionis collatio nō oꝫ vt intelligatur ab alio & alio fieri: sed ab eodez a quo & maior confertur: nec prius ꝑm tempus: sed solum ꝑm naturaꝫ oꝛiginis: sicut videmus in totas potestates ꝙ bus maxime ipse forme assimilātur: ꝙ potestas militis ē imperfectioꝛ q̄ illa q̄ ē ducis: & ideo ptās militis est in duce: quantū ad id qō perfectionis est in ipsa: sil'r ptās ducis est imperfectioꝛ q̄ illa q̄ ē regis: & ideo potestas ducis est in rege. Nec est possibile vt aliquis habeat potentiaꝫ ducis quin habeat illaꝫ militis: nec potentiam regis qn in ipso ꝓsupponatur po' ducis. Sz tn̄ ꝓpter hoc nō opꝫ ꝙ rex p̄ fuerit dux & postea rex vel ꝙ alia sit potestas a qua potest ꝙ p̄t rex: & alia a q̄ pōt ꝙ pōt dux: eo ꝙ illa ducis & militis virtute ꝛtinētur i vna potestate regis: ſz ꝑm intellectū & naturā ꝓintelligat̄ in ipso rege minor potētia maiori: sicut pars toti: & imperfectū perfecto. Et ꝑm hūc modū itelligitur: ꝙ mā fit in potētia ad formas alias mediātibus illis elemētoꝛuꝫ: nō qz ordinatim diuersas formas substantiales recipiat: sed qz materia prima nō recipit id qō est prius perfectionis forme: nisi mediate: & ꝙ est imperfectionis: cuiusmodi sunt forme elementoꝝ: licz tam maiorem q̄ minorez perfectionē ab eadē forma recipiat: vnde ꝓpter hoc nō sequitur: ꝙ forma vltima vniatur mediātibus formis elemētoꝛuꝫ: sed potius ꝙ nulla forma substātialis possit dare mā aliquod esse perfectū puta sentire: vel viuere: nisi etiaꝫ intelligatur illa eadē forma dare sibi esse minus perfectū: puta corporeū: et calidū & frigidū: & hꝰ: in qbus virtute cōsistunt elemēta: vt supradictū est: puta sicut potestas imperialis nō cōfert homini regiā dignitatem: nisi preintelligatur ei cōferre etiaꝫ dignitatē ducis: & sicut nullus potest ferre. c. libr̄. nisi preintelligatur posse ferre duas. Sic. n. nec anima cōfert mā eē sensitiuuꝫ nisi preintelligat̄ ei cōferre esse corporeū: vt dictū est: sed tn̄ ꝰ nō est nisi ꝑm prioritatē que attenditur in natura oꝛiginis non ꝑm prioritatē: que attenditur ꝑm tēpus vel ſz diuersitatem forme: vnde pꝫ ꝙ qui sic arguit nō intelligit ꝓpositiones: quas inducit. ¶ Ad scōm dicendū: ꝙ sicut docet plꝰ in. 8°. metaphy. nihil est causa vnionis materie cuꝫ forma: nisi agens specificū: & agens vlē que preparant & diuidunt coaptādo diuersis formis diuersas partes mās: & ꝰ quidez facit per motū: & ideo cuꝫ motus requirat corpus actu: cuꝫ sit accidens: dico ꝙ quando mā ab agente nāli diuiditur in diuersas partes est sub diuersis formis & dimēsionibus quantitatis: sicut pꝫ ꝙ animali per motū generationis preparatur debita & distincta pars mās per decisionē seminis ab eius substātia. Sed tamē ꝰ nō est: qz quantitas dimensionum sit ꝓncipiū effectiuū diuisionis materie vel introductionis seu vnionis forme: sed potius ꝰ cōuenit per accidens: inquantuꝫ. s. cum mā sit ens in potentia: nec esse: neq̄ motui subyci pōt: nisi sit actu sub aliq̄ forma: vnde pꝫ ꝙ argumentū nihil valet. Cum enim nulla actio vel passio vel operatio possit fieri circa materiaꝫ quin sit actu: & per cōsequēs quin sit affecta aliqua qualitate: posset sil'r aliquis dicere: ꝙ qualitas est ꝓncipium vnionis mās cum forma: & ꝓncipiū oīum aliorum. Sil'r etiā cū mā creari nō potuerit: nisi inquātuꝫ bꝫ eē sub forma: eo ꝙ terminus creatiōis est ens actu: possemus etiaꝫ dicere: ꝙ ꝓncipiū creationis mās fuit forma: & qōdā nō per se imediate: ſz mediāte forma māz creauerit: que oīa sunt falsa. ¶ Ad tertiū dicēdū: ꝙ aliud est formā introduci in māz: & aliud est ipsam vniri mās. Naꝫ sicut pꝫ aliqual'r ex supra dictis: ſz forma vniatur mās prime: tamē id ex quo aliquid generatur: opꝫ esse aliquid in *actu*: sicut mā ex qua generat̄ ignis ante introductionē forme ignis semper oꝫ ꝙ sit sub aliqua alia forma: siue aeris: siue cuiuscūq̄ alteri'. Cuius rō est: qz cum mā sit ens in potētia nūq̄ potest inueniri denudata omni forma: & ideo cū forma ignis nō possit ītroduci in māz aeris: nisi sit dispositа ad formam ignis: opꝫ vt mā illa disponatur: ex quo pꝫ ꝙ ad introductionē forme necessario requirūtur alique dispositiones medie. Sed tamē ad vnionē forme cū mā impossibile est aliquod mediū cōcurrere. Naꝫ cuꝫ ille dispositiones sint quasi quedā via ad substantialē formaꝫ: ideo sicut in termīo cessat via: ita aduenīente forma substātiali cedunt dispositiones ille: vnde nō seq̄t ꝙ frustra laborauerit natura. Nam sicut ad terminuꝫ nō potest peruenīri nisi per viaꝫ: & tamē via cessat in termino: ita forma nūq̄ posset introduci nisi ex virtute illaruꝫ dispositionū: & tamē aduenīēte forma cedūt: nec fuere frustra: cū assecute sint finē ad quē erāt. s. introductionē forme. ¶ Ad quartū dōm: ꝙ res nō dr̄ esse magis cōposita vna q̄ alia solum: qz in ea sint plures forme: sed potius: qz in ipsa sunt plures perfectiones gradus: & ꝰ dico in reb' corruptibilib': in qbus ꝓpter eoꝝ imperfectionē ad multiplicationē perfectionū sequit̄ cōpositio & simplicitatis miꝰatio. Naꝫ oīs forma ꝑm essentiā est ꝓncipiū imediatum essendi: & radix ꝑme oīum potētiarū suarū. Ipse aūt potētie eius sunt imediatuꝫ ꝓncipiū operādi. Et ideo cū essentia ꝑm nāz nō cōficiat in his que necessario exiguntur ad operatiōes diuersas suarū potētiaꝝ: eo ꝙ oīs essentia siue ꝓportionatur virtuti: opꝫ cuꝫ ad diuersas potētiaꝝ operatōes diuerse requirant̄ in mā dispositiones: ꝙ ipsa essentia diuersas partes mās in diuersis cōstituat perfectionibus gradibus: vt. s. quasdā ꝛstituat in esse carnis: quasdam in esse nerui: & sic de alys: ꝛz ꝙ virtutū eius diuersitas requirit. Neq̄ ꝓpter hoc ſegtur: ꝙ sit ibi nisi vnū esse substātiale: nisi potius ꝙ sint ibi diuerse perfectiones: vnā formā: & vnū esse substantiale ꝓnītes: sicut nec rex ſz habeat oīuꝫ ꝓncipū dignitates & gradus ꝓt dicit:

T. c. 15.

q̄ nō sit vnus princeps: sed plures: sed potius debet dici: q̄ rex ab vna sola potestate: que. s. est potestas regia habeat vnuz esse ⁊ vnus sit princeps: ad qō tamen esse multe alie perfectiones ꝛsequūtur. ¶ Dis ergo sic premissis quando dicit q̄ anima vel quelis alia forma: vnit̄ imediate māe p̄me ⁊c. ¶ Dicendū q̄ si intelligatur de ipsa anime itellectiue essentia: vel cuiuscūq; alterius forme: nō solum vez: sed etiaz necessariū est q̄ imediate p̄me māe vniatur. Si autē intelligatur de ipsa potētia intellectiua. dicendū q̄ non sequitur: qz illa ꝟz pb̄m nullius partis corporis est actus. ¶ Si autē queras de alijs potētijs: vtrū. s. vniantur māe prime. ¶ Dicēduz q̄ nō: sed potius vniunt̄ diuersis partibus māe in diuersis iam perfectionuz gradibus constitutis per ipsaz anime essentiā: preparantē debitum esse ⁊ diuersum in diuersis partibus māe suis diuersiꝫ virtutib⁹ vel potētijs: vnde quādo dicit q̄ tūc oīs res naturalis erit sola nuda mā cum forma. ꝑz q̄ ꝟ argumentuz nihil valet: nec quo ad apparētiaz: nec quo ad existētiaz. Multū enim rudis est qui nescit q̄ forma in naturalibus dat aliquod esse nāle ⁊ reale ipsi māe. Ex māe enim ⁊ forme cōiunctiōe resultat realis quedam natura cōpositi: que nec est mā: nec est forma: ſz aliquid ab his causatū: ꝓpter qō etiā pb̄s in fine. 7. metaphy. vbi querit quid sit ipsa rei quidditas dicit: q̄ nō est aliquod elemētoz̄ cōponentium rem: sed aliquid resultans ex eis: vnde non sequitur: si forma imediate vnitur māe prime: q̄ res nō sit nisi materia nuda cuz forma: sed potius q̄ sit aliquid ex vtrūsq; cōpositione resultās: puta corpus animatū rōnali anima. Immo etiaz tenēdo q̄ anima vniretur māe prime mediante corporeitatis forma: adhuc stultuz ⁊ puerile esset dicēre q̄ homo nihil esset aliud nisi anima ⁊ mā prima ⁊ forma corporeitatis: qz cuz forma dans esse corporeitatis ipsi corpori nō sit corpus: sicut nec forma dans esse carnis est caro: sequeretur q̄ in homīe nō esset nec corp⁹ nec caro: sed q̄ esset soluz mā prima ⁊ forma corporeitatis: ⁊ forma carnis: ⁊ anima: que oīa sunt ridiculosa. ¶ Posset autez ista cōsequētia tolerari forte in artificialibus: in quibus forme sunt accētia: ⁊ per cōsequēs nullum dant esse substātiale: vt dicam⁹ q̄ domus substantia nihil est aliud q̄z lapides ⁊ ligna ⁊ cemētum: sic ordinata: licz etiā ista locutio ſm pb̄m in. 7. meta⁰. sit fl̄a vbi expresse dicit q̄ non debemus dicere q̄ dom⁹ sit lateres vel lapides: sed lapidea vl̄ lateritia: vnde ēt nō sequitur q̄ vna res nō sit magis cōposituz quā altera: cū maioꝛ ꝓpositio nō attēdatur in multitudine formarū solum in rebus corruptibilibus: vt dictuz est: ſz etiaz in multitudine perfectionū. Unde patet q̄ argumentum rude habuit fundamentuz. ¶ Ad quintum dicenduz: q̄ vnūquodq; intantuz est vnibile alteri inquātum est in potentia ad illud: ⁊ similiter vnūquodq; intantum reducit aliquid in actum: inquantum est actu: ⁊ ideo cum forma ſm essentiam suam sit actus: ⁊ materia ſm essentiam suam sit potentia: nihil requiritur disponens mām vel disponens formaz per modum medy habilitātis ⁊ cōiungentis ipsa adinuicē: ſz seipsis dispositā sunt: vnde q̄ dispositiones inducant̄ in materiaz: ꝟ nō est: quia essentia p̄me materie de se non sit vnibilis forme: sed quia vt dictum est: ante generationem materia est sub forma cōtrary: nec potest illa abyci: ac per hoc alia introduci: nisi materia ad cōtrarium disponatur: vnde patet q̄ dispositiones necessarie sunt ad introductionem forme: ⁊ non ad vnionem. Questio. XVII.

T.c.vlti.

T.c.24.

T.c.25.

¶ D tertium sic ꝓceditur. Videt q̄ corruptis i mixto elementoz̄ formis possint remanere alique qualitates eedez numero i generato ⁊ corrupto. Dicit enim pb̄s in scō de generatione: q̄ in babētibus simboluz facilioꝛ est transmutatio: cui⁹ rationē assignās dicit: qz nō est tanta contrarietas. vbi etiā dicit q̄ cōia manēt. Sz multa inueniunt̄ cōia ingenerato ⁊ corrupto: sic̄ corpeitas dyaphanitas: ⁊ multa hm̄. ergo aliqua accidētia manēt ibi eadez numero. ¶ ꝓ. Quicquid nō habz cōtrariū in illud nō pōt esse transmutatio: sed hm̄ cōia nō habent ꝛtrarietatē in generato ⁊ corrupto: q̄n potius habēt similitudinez. ergo in ipsis nō erit transmutatio. ¶ ꝓ. Cuz in generatiōe cōcurrāt ⁊ abiectio ⁊ introductio aut in eodē instanti vna abycit̄ ⁊ alia itroducitur: aut in alio ⁊ in alio: si in eodē: ergo cū corruptio terminet̄ ad nō ens: generatio autem ad ens: simul in eodē instanti aliquid erit ens ⁊ nō ens: si aūt in alio ⁊ alio: cuz inter quelibz duo instātia cadat tēpus mediū: ex quo terminus corruptionis est non ens: vel opz dare q̄ in illo medio tēpore mā sit absq; aliqua forma: q̄ est impoſe: vel q̄ ibi remaneāt aliqua accidētia cū ipsa corporeitate. ¶ ꝓ. Sēstus nō decipitur in ꝓprio obiecto: sed nos videm⁹ ad sensum q̄ quedā accidētia remanēt in mortuo eadez: que fuerūt in corpore viuo: sicut lineamēta: ⁊ figᵃ: ⁊ hm̄. quare opz cōcedere: q̄ ibi sint. ¶ ꝓ. Tā vnio q̄z introductio forme in māz ſm sniam pb̄i in. 8. metaphy. est p actionez agētis: ſz cū actio agētis sit accidēs: requirit subiectū aliqualiter i actu: quare necessario opz dicere q̄ remaneat ibi corporeitas cū aligbus alijs accidētibus. ¶ ꝓ. Idem vr ex actione qualitatum elemētarium.

In cōtrariuz est. qz cum rō suppositi in mā causet̄ur ex forma substātiali: opz vt per separationē forme substātialis a mā corrūpat̄ suppositum seu indiuiduū: sed destructa ꝓia subaque ꝟ nomine suppositi vel idiuidui appellatur: ipossibile est aliquid aliozū remanere ſm pb̄m in ꝓdicamētis. ergo impoſe est vt i generato ⁊ corrupto aliqd̄ accidens maneat idē numero. ¶ ꝓ. Principio mutato necesse est ꝓncipiata mutari: sed dyaphanitas ⁊ corporeitas: ⁊ hm̄ causant̄ a cōpositō: qz nec mā nec forma per se alicui⁹ accidentis causa esse pōt. ergo oportz necessario vt ⁊ oīa illa mutent̄. ¶ ꝓ. Raritas ⁊ densitas sunt p̄me dispōnes ⁊ qualitates māe: ac per ꝟ ad mutationem illaz oꝛ mutari oēs alias qualitates: sed ille mutantur: vt per se patz. ergo ⁊ oēs alie.

Respondeo dōm: q̄ cuz oē accidens a substātia sue nāe trahat originem: ⁊ sui esse cōseruationē: eo q̄ accidētis esse est inēē ſm boe⁰ ⁊ pb̄m. ex quo per corruptionē subaei corrūpitur: impoſe est oīo: vt aliqua forma: vel aliqd̄ accidēs: seu aliqua dispositio eadē numero maneat i generato: q̄ fuerat i corrupto. Nā cū forma subalis imediate vniatur māe p̄me: vt supra ostēsuz est. mā aūt p̄ma de se sit sola potētia: opz vt oīs res ab ipsa forma subali: ⁊ suū eē habeat: ⁊ sue gdditatis nām. Et cum oē q̄ subsistit in natura subsistat: per ꝟ q̄ eius eētia est perfecta p esse opz vlterius vt rōnē suppositi vel subiecti: ⁊ subsistentis i actu acquirat a forma. Quare cū i generato ⁊ corrupto sit alia ⁊ alia subalis forma: opz dicere: q̄ sit ibi aliud ⁊ aliud suppositū vel subiectuz: ⁊ cū oē q̄ fit fiat ex cōtrario ſm pb̄z in. 5⁰ ⁊ in p̄ phyſicoꝝ. ea aūt q̄ sunt in eadē spē impoſe sit adinuicez cōtrarietatez habere:

T.c.19. T.c.43 ⁊.46.

segtur

segtur vlterius q generatum ꝛ corruptū habeat rationem nō solum diuersoꝝ numero: veruꝝ etiā diuersorum in specie subiectoꝝ. Quare si ibideꝫ maneret aliquod accidens ideꝫ numero sequereť. Primo q accidens transiret de subiecto in subiectum: subiectum di co diuersum specie: q est impossibile. Secundo vero cum accidens sit dispositio substātie: sequeretur q eadem dispositio numero esset oppositoꝝ ꝛ diuersorum in specie: que cum sint impossibilia: dicendus simpliciter q nihil in generato ꝛ corrupto potest ideꝫ numero remanere. ¶ Ad primum dom: q nō dicūtur habere simbolum: ideo qꝛ aliqua forma in qua cōueniunt nō destruatur: sed qꝛ minor est cōtrarietas cōtrary ad medium: q̄ cōtrary ad extremū: ideo facilior transmutatio: eo q nō opꝫ q sit aliquid per se corrūpens: sed corrumpatur solū per accidēs illud cōe vel simbolū ꝛ qđ dicit q manēt cōla: verū est eadē specie: sed nō numero: qꝛ hoc est impoſe. ¶ Ad scōz dom: q illa ꝓpositio tenet in his ī que per se aliqd mutatur: vel ī que per se corrūpit: hꝫ autem cōia nec per se corrūpunt: sed per accidens: vt dictū est: nec in ea aliquid per se mutatur. ¶ Ad tertiū dom: q circa istud argumētum diuersē dantur solutiones. Sed obmissis opinionibus aliorum ꝛ earū ip̄obationibus. Dicendus ꝫm sniam ph̄i in. 8°. phyſicoꝝ. q cuꝫ tēpus nō componatur ex instantibus sicut inter lineā ꝛ punctū nullū est mediuꝫ: ita nec inter tēpus ꝛ ip̄m nūc: ꝛ ideo quādocūq ex aliquo corrupto aliquid generatur: mā in vltimo instāti est sub forma noua: in toto autē precedēn tēpore est sub forma abyciēda: vnde sicut nō est mediū inter nunc ꝛ tēpus: ita nec inter abiectionē vnius forme ꝛ introductionē alterius: vnde quādo dicit q vel in alio vel in codē instanti. Dicendū q cū ī mutationibus subitis ꝓprie nō fit fieri: sed factuꝫ esse: si generatio ꝛ corruptio ꝓprie ꝛ stricte sumant̄ ꝓut sunt mutationes: dico q introductio ꝛ abiectio ꝓut sonāt fieri vel motū nec sunt in codeꝫ instanti: nec in diuerso: sed in tēpore: si autē sumantur ꝓut dicunt mutationes subitas: sic in codē instanti est abiectū esse: ꝛ introductū esse: ꝛ hꝫ nō est incōuenies: cū ipsa abiectio vnius sit introductio alterius. ¶ Et qđ dicit q termini sunt oppositi. s. ens ꝛ nō ens. Dicendū q ꝛ sint oppositi: nō tamē respectu eiusdem ꝛ non possunt simul eē. Nā quādo ex aere fact⁹ est ignis: corruptio terminat̄ ad nō aerē. generatio aūt ad ignē: silr autē eadē mā ꝛ est nō aer: ꝛ est ignis: ꝓpter qđ ēt dicit ph̄s: q semper māe est annexa priuatio. Nec est intelligendū: q ꝛ corruptio aeris terminetur ad nō aereꝫ: q nō terminet̄ ad nō ens simplr: vel q remaneat ibi aliqua forma. Nā cum forma aeris vniatur immediate ꝑme māe. idem est terminari ad nō aerē q ad nō ens simplr. Qꝛ aūt illud nō ens simplr in codē instanti per aliā formā fiat: ꝛ factū ens actu sit: qꝛ idē est ibi fieri ꝛ factuꝫ esse: hꝫ est per accidēs: inquātuꝫ alia forma est introducta: eo q corruptio vnius est generatio alterius. Nō aūt dico per accidēs: qꝛ nō per se intēdatur ab agēte: sed qꝛ nō ex virtute abiectiōis forme: seu nō entitatis dicit: q determiata quedā alia forma: puta ignis introducta sit. ¶ Ad quartū dom: q obiectū ꝓpriuꝫ sensus visus est color: ille aūt in viuo ꝛ mortuo manifeste mutatur: ex hꝫ antē potius haberetur q nō remaneret ibi ydētitas formarū q̄ cōtrariuꝫ: forma vero subalis ꝛ idem ꝛ diuersuꝫ potius pertinet ad intellectū q̄ ad sensuꝫ: ꝛ iō vtrū hꝫ sint eadē numero vel nō: nō est sensus iudicare: sed itellect⁹. ¶ Ad quintū dom: q vnio forme cū mā nō est actio agētis ꝓprie loquēdo: sed effectus vel terminus actionis ipsi⁹: actio aūt cuius precedit vnionē tāq̄ cā effectū: ꝛ ideo cū ante vltimū instans vnionis mā sit sub actu forme abyciēde: nō est inconueniēs in ipsa fundari ꝛ recipi actionem agentis. ¶ Qꝛ si dicat̄ iterū de vnione q est accidens. Dicēdū q vnio cū sit subita mutatio: in ipsa est idē vniri ꝛ vnitum esse: tale aūt accidēs fundabitur in ipsa ſuba iam vnita: sicut ꝛ creatio in creatura. ¶ Ad sextuꝫ dom: q ex hoc nō cōcludit ydētitas numeri: sed spēi.

Ostq̄ actū est in precedētib⁹ de formis in se cōsideratis: ꝛ coꝝ ꝓprietatib⁹. Nec nō ꝛ de ipsis fm q cōparant̄ ad operationes ꝓprias: ꝛ ad actus rōnis: ꝛ ad ipsaꝫ mām: restat vltimo restat de ipsis cōsiderare p cōparationeꝫ ad suppositum: sic enim de ipsis hꝫ principaliter intendimus. ¶ Et circa hoc q̄ratur vnuꝫ solū. videlꝫ vtruꝫ sint plures: ꝛ diuersoꝝ generuꝫ difficultates includat: eo q quasdaꝫ pertinētes ad logicaꝫ: quasdā ptinentes ad nālē ph̄iam: quasdaꝫ aūt pertinētes ad fidem catholicaꝫ iuenim⁹: tñ qꝛ oēs videnť abinuicē dependere: melius esse iudicauimus: totuꝫ sub vna qōne tradere: vt sic ꝛ breuitas ex vitata multiplicatione questionū fastidiū tollat mētis: ꝛ cōtinuatio sermonis sit cōnexe sibi inuicem elucidatio veritatis. Questio. XVIII.

Videtur q in vno ꝛ eodē supposito necessario sint plēs forme substantiales. Cū. n. oē esse sit a forma vbi inueniunt̄ plura esse: inueniuntur plures forme. Sed in qualibꝫ re nāli inueniūt̄ plura esse: sicut esse corpeitatis: ꝛ esse ꝓprie nāe: ꝛ in quibusdaꝫ esse carnis: ꝛ ossis: ꝛ hꝫ. g̃ in oi cōposito sunt plures forme. ¶ ℙ. Forma imediate vnit̄ māe ꝑme: vt dcꝫ est. sed forma oīs simplex est: ꝛ mā similr simplex est. Nullū aūt cōpositū ex duob⁹ simplicib⁹ pōt dici ꝛmixtuꝫ ex diuersis. g̃ nulla res nālis erit cōmixta ex diuersis: ꝛꝫ hꝫ est absurdū. g̃ necesse est dicere q forma subalis in corporib⁹ mixtis nō vniat̄ imediate māe ꝑme: sed corpori habenti alias formas. Est igit̄ dare plures formas in cōpositis. ¶ ℙ. Mixtio est miscibiliū alteratorū vnio fꝫ ph̄z in ꝑ de gnōne. Sꝫ elemēta sūt miscibilia: vt dr in codē: g̃ cū admixtione veniūt: solum mō alteranť. Alteratio aūt non est corruptio: vt ꝓbat ibidē. g̃ cuꝫ miscētur nō corrūpuntur: sed solum modo alterātur. ꝛ sic forme miscibilium imixto manēt simlr cuꝫ forma substātiali vltima. ac per hoc sūt ibi plures forme. ¶ ℙ. Diuersitas operationū ostēdit diuersitatem formarū. Sꝫ in vna ꝛ eadē re inueniūtur diuerse operationes in specie: sicut patet in herbis ꝛ lapidibus in quib⁹ diuerse operationes iueniūtur: sicut patet etiā in animalib⁹: in quib⁹ inuenitur operatio vegetatiue: ꝛ opatio sensitiue: ꝛ in hoie vlterius opatio itellectiue aie. Quare cū oēs iste operationes sint diuerse specie: ꝛ quedaꝫ diuerse genere: sicut intelligere ꝛ sentire: ꝛ oēs sint in eodeꝫ subiecto: opꝫ q in ipso sint plures forme. ¶ ℙ. Ferruꝫ ignitū hꝫ verissime formā ferri. habꝫ ēt verissime formā ignis: q pꝫ ex hꝫ: qꝛ sicut ignis comburit: ita ferruꝫ ignitū: ꝛ efficit operationes ignis. ergo in eodē possunt esse plures forme. ¶ ℙ. Eductū de potētia materie: ꝛ nō eductū sunt diuersa spē: sed aīa rōnalis nō educitur de potentia materie: sed ab extrinseco fm ph̄m. aīa autem sensibilis educitur. ergo spē differūt: sed sunt in eodem: ergo in vno sunt plures forme. ¶ ℙ. Corruptibile ꝛ incorruptibile differūt plus q̄ fꝫ

T.c.69.

T.c.vlt. T.c.88. T.c.27.

genus:sed ālā rōnalis est īcorruptibilis: sensibilis aūt corporalis.ergo differūt substātialiter:sed sunt in eodē ergo sunt ibi plures forme.¶ P̄.Corpus viuū ⁊ mortuū aut cōicant in aliqua forma aut non: si sic:habeo ꝓpositū:qz.s.dū viueret erant ibi plures forme:videlz ālā ⁊ forma corporeitatis que remānsit.¶ Si dicaī ꝙ nō.¶ Cōtra in mortuo ⁊ viuo vuln⁹ remanet idē nūero:ꝙ ꝓbatur per ℔:ꝙ cū ille qui vulnerauit aliquez:si illo vulnerato mortuo respiciat vulnus: statim de vulnere efflui⁹ sanguis:ꝙ nō fieret nisi idē numero remaneret. Nā si nō esset idē numero:eque bñ si interfector aspiceret vulnus cuiuscūq; alterius emitteret sanguinē:ꝙ experimēto ꝓbatur esse falsum. Quare opz dicere necessario:ꝙ sit idē vulnus numero:⁊ per ꝯns:ꝙ sit dīno idez corpus nūero:ꝙ prius:⁊ sic fuerūt ibi plures forme.¶ P̄.Genus ⁊ differētia sunt partes cēntiales ꝓpositi:sed for⁹ generis necessario ē alia a forma dīe. Cuius ꝓbatio est:qz nō predicanī de se inuicē ℔ ꝑz. ergo cū vtreq; sint in eodem idiuiduo:in vno erūt plures forme.¶ P̄.Quidditas cōponitur ex diuersis que sunt partes forme.nā partes diffinitionis sunt forme: sed partes diffinitionis nō sunt eedem spē:sicut in hac substātia aiata sensibilis.ergo in vno ⁊ eodez sunt plēs forme.¶ P̄.Dicit Cōmē.in p̄ phȳsicoꝝ.ꝙ oēs forme inter primā ⁊ vltimā formā sunt cōposite:sed non nisi ex formis.ergo sunt multe forme in eodē.¶ P̄.Cum de vino fit acetū:nō est īgressus in primaz mām.ergo aliquod corpus medium erit mā ⁊ vini ⁊ aceti:sed illa mā no differt a mā p̄ma per māz:ergo per formā:⁊ sic erant ibi plures forme.¶ P̄.Cū forme distiguanī ad modū numeroꝝ:vbicūq; est īuenire nobilius:⁊ mín⁹ nobile ⁊ vile:ibi est dare plures formas:sed in corpore est inuenire nobilius vt cor:⁊ nobile vt carnē:⁊ vile vt pilos ⁊ ossa.ergo aliā ⁊ aliā formā. Rude eniz videtur dcīr:ꝙ eadē sit forma pili:⁊ ossis: ⁊ carnis:cū nullā cōueniētiā habeāt.¶ P̄.Diuersitas p̄dicatoꝝ necessario ostēdit diuersitatē formarū:sed in eodem subiecto numero sunt diuersa predicamēta:siue res diuersoruz predicamētoꝝ:quare oportz vt ibi sint diuerse forme.¶ P̄.Cicatrix in corpore mortuo ⁊ viuo aut est eadez aut nō:si eadē habeī ꝓposituz:si nō:aut dicetur ꝙ illa cicatrix sit a nā aut ab arte. nō aūt a nā: cū illud sit q̄dam priuatio:que nāe opus esse non pōt.ergo ab arte sed forma artis est quoddā accidēs semper remanens idez numero:sed taz in viuo ꝙ in mortuo cicatrix formaz artis hz:ergo remanet eadē numero:quare ⁊ idez corp⁹: siue eadē corporeitas:⁊ ita fuerūt ibi plures forme.¶ P̄.B idez pōt argui de aligbus litteris sculptis per artē in corpore canis:que post mortē ibi remanent vel in ligno alicuius arboris:que post abscissionē ⁊ desiccationē remanēt. Nec vī credibile ꝙ cuz lra sit op⁹ dīo artificiale:ꝙ fiat a nā.¶ P̄.Dimēsiones sūt eedē in corpore viuo ⁊ mortuo. Nā ita longū est sicut viuuz ⁊ ita de alys dispōnibus:quare est ibi eadē corporeitas: ⁊ per ꝯns plures forme.¶ P̄.Fm p̄hm in.16.de aīalibus.fetus in matrice prius viuit vita plāte q̄z vita animalis:deinde viuit vita spēl:puta vita bouis vl leonis sed ℔ esse nō posset nisi hȝ perfectiones essent a diuersis spēbus:quare in aīali erūt plures forme.¶ P̄.Genus Fm p̄hm hz locum māe siue potētie. differētia vo forme.sed certum est ꝙ genus non est pura mā. ergo alia est forma generis ab illa spēi.¶ P̄.Anima sensitiua aut est potētia pura:aut act⁹ specificus:aut potentia permixta actui:sed nō potentia tm̄:qz sic nō reciperet spēs īmāliter:silr nec est actus specificus:puta dās spēz homini:vel equo:vel alicui alteri:quare relinquitur ꝙ erit forma media. Vñ sensibilis est forma subiecti:ꝙ informat in potētia:tamē existens respectu vltioris forme.¶ P̄.Homo generat hoiez ⁊ sol Fm p̄hȝ in scdo phȳsicoꝝ.hō igit generaī:sed termin⁹ generationis nō est mā sola:sed forma in mā. Hoc autē non est aīa rōnalis:qz ipsa per generationem nō datur:sed ab extrinseco Fm p̄hm in.16.de aīalibus.ergo in homine est alia forma q̄z aīa rōnalis.quare in homie erunt due forme:vna que educitur per generationē:alia que ab extrinseco venit. ¶ Si aūt ad hoc dicatur:ꝙ ante aduentū rōnalis aie est quidē ibi alia forma:sed aduenīente ipso cedūt oēs precedētes:eo ꝙ generatio vni⁹ est corruptio alterius:⁊ qz aduenīēte perfecto cedit īm perfectū.¶ Contra.nā nihil frustra operaī:sed ꝙ fit a natura fit ꝓpter finē Fm p̄hȝ:⁊ si alteri deficiat: ℔ ē vt in pauciorib⁹. cuz igitur videam⁹ ꝙ nā ex semine formet aīaz vegetatuā ⁊ sensitiuā ⁊ hȝ:cōcedendū est:ꝙ ℔ sit ꝓpter finē qui est aīa rōnalis. Nā in generatione forma ⁊ finis coincidūt in idē Fm p̄hm ibidē:inde sic. iste finis.s.aīa cōparatur ad illas formas: que sunt ad finē istū aut sicut actus ad potētiaz:aut econuerso aut sicut efficiēs ad effectū:vel ecōuerso:sed nō sicut potētia ad actuz:neq; sicut efficiens ad effectū:vel ecōuerso:cū nec aīa efficiat illas formas; nec econuerso: ergo sicut actus ad potētiaz:sed potētia aduenīēte actu non destruiī:sed perficitur.ergo nec ille forme aduenīēte anima rōnali.¶ P̄.Illud dī esse frustra quod nō attigit finē ad quē est:sed forme precedēces animā rōnalez sunt inducte pp ipsaz tāq; ꝓpter finē.ergo attingūt ipsaz:si autē ipaz attingūt:nō destruunī in aduētu ei⁹ quare erunt ibi plures forme.¶ P̄.Cum oīs mā de se sit indifferēs ad oēm formaz ⁊ Fm p̄hm in lib.de aīa. ꝓprius actus nō sit nisi in ꝓpa mā:quero qd est illud ꝙ appropriat mām p̄mā ad hāc formā determinatā. Nō eniz agēs extrinsecū:nā agēs extrisecuz nō īducit formā nisi in māz dispositā:q̄re oz vt aliq̄ for⁹ p̄cedat dispōnes. Nam si nihil disponēdo agens imprimeret in māz:nō magis esset dispōsita per actionem agentis q̄z per se ipsaz. Illud aūt ꝙ ipsam appropriat huic forme:opz esse in ea:siue īfluatur ab extrinseco:siue non. De illo ergo ꝙ est in mā appropriās ipaz alicui forme: quero quid sit:qz aut forma substātialis:aut accidentalis:nō autem accidētalis:quia materia cuz forma substantiali est causa omnium accidentium.ergo est forma substantialis.Si autez hoc concedatur.s.ꝙ sit forma substātialis illud quod appropat materiā huic forme:tunc aut manet aduenīēte forma vltima:aut nō: si manet:habeo ꝓposituz:si nō.ergo recedente dispositiōe redditur materia indisposita:nō ergo erit plus appropriata huic forme q̄z cuicūq; alteri: quia ablata cā appropriationis debet auferri eius effectus.s. ipsa appropriatio.¶ Preterea.Cum illis dispositionibus nihil sit cōtrarium:nō poterunt corrumpi a contrario:et hoc ꝓbatur:quia ipse dispositiones sunt cause proportionis ⁊ assimilationis māe ad formaz: quare ad ipsaz nullaz habent cōtrarietatem.oportet ergo vt mancāt simul cuz vltima forma:⁊ ita erunt ibi plures forme.¶ Preterea illa forma prior dispositio ē respectu agētis.ergo est consona actioni agentis ⁊ nō otraria. ergo magis confert ad actionez agentis:⁊ ad productionez forme vltime:quāto plus perficitur. sed omne agens per actionem suam tollit illud quantū est sue cōtrariū actioni:⁊ perficit quantū est sibi consonū:quare aduenīente forma vltima prior nō corrumpitur:sed potius

pficietur

Cōñ. p.

T.c.26.

T.c.24 ⁊ 26.

perficietur. ¶ Huius autē signum est: quia forma posterior introducitur: quando accidentia priorīs forme maxime vigent: nec videmus illa deficere: quādo forma posterior introducitur. ergo nec forma substantialis ex quib⁹ causantur: imo quāto sunt in maiori cōplemento: tanto opz formā ipsorū esse magis perfectā: nō ergo corrūpitur: sed simul manet cum vltima forma.

